alibus bonis cum est ipsius quod videtur esse papinum Ipse quoque
annus pater temporum quadrifaria se diversitate componit Nec de-
siderium capet si novitatis gratiam non habet exstimate ergo patres
conscripti augmento vestro nec iudicio Si enim candidatum ornabi-
tis vobis prestat quod meretur. Theodoro viro illustri
concedit ut officia Siliquatici et Monopolii in ipsum
transferantur.

Delectamur vetustatis inventis et qui se constitutas regulas
libenter amplectimur Crima locis surreptionibus non relin-
quitur quoniam rationabiliter constituta servantur Et ideo
supplicationum tuarum tenore comperto presenti auctoritate definimus
ut quemquam ad Antiochum Siliquatici vel Monopolii titulos
exercentem iuxta iussione pertinuit ad te ratione simili

tus fertur. Contra omnium calumniantium insidias equitate sal-
ua. presenti auctoritate munitum habiturus etiam adminicula sa-
ionis in hiis que pro uindicandis titulis ante fatis uestra tibi
solenniter deputauit auctoritas. Ita tamen ut priuatis minime
negotiis tua defensio inficiatur. Nam quod ad auxilium redi-
mi contractum nullo modo uisitare sentiatur, quia irrationabiliter
aliena culpa te respiciat. Si quem tibi processisse decreuimus te sibi
senciat obfuisse

Fausto preposito

Concedit ut prestentur annone militibus in
metis gentilibus pro custodia constitutis

Cum uera humanitas locis munificentie uideatur ex-
quirere et in tedio personis minus necessariis amore cle-
mentie sua desideria largiatur, quantomagis in utilitate
reipublice delectatur expendere. Ubi ex eo quod tribuitur donatis
utilitas duplicatur. Et quare illustrem magnificentiam tuam
presenti auctoritate compellimus sexaginta militibus in Augusta-
nis clausuris iugiter constitutis annonas sicut aliis sunt
decrete sine aliqua dubitatione prestare, ut grato animo
reipublice compleatur utilitas, que emolumentorum commodita-
tibus adiuuatur. Decet enim cogitare de militis fatigatione, qui
pro generali quiete finalibus locis noscitur insudare, et quasi
a quadam porta prouincie gentiles introitus probatur ex-
cludere. In procinctu semper erit qui barbaros prohibere contendit,
quia solus metus cohibet quos fides promissa non retinet.

Agapito uiro illustri patricio

Et cum deliberauit mittere in legatum ad orientem

Deliberationis nostre consilium uirorum prudentium requirit
obsequium, ut utilitatis publice ratio sapientie ministerio
compleatur. Et ideo illustris magnitudo tua deo au-
xiliante cognoscat legationem nos ad orientem deliberasse
transmittere, cui te idoneum iudicantes iussis presentibus euocamus,
ut et tibi de estimatione nostra crescat ornatus et nostris iussio-
nibus per te producetur effectus. Sed licet omnis legatio uirum
sapientem requirat, cui propinquiorum utilitas totius quasi regni
status committitur uindicandus, nunc tamen necesse est pruden-
tissimum eligere qui possit contra subtilissimos disputare, et
in conuentu doctorum sic agere ne susceptam causam tot eru-
dita possint ingenia superare. Magna ars est contra artifi-
ces loqui et apud illos aliquid agere qui se putant omnia
prouidere. Letare ergo tanto iudicio quod ante susceptis electionis
dominum quem tum probare potuisses ingenium

Suvario vi-
ro illustri comiti. Ut marmora diruta in
fabricam murorum faciat deputari

Sine usu iacere non debet quod potest ad decorem cresce-
re civitatis, quia non est sapientie profutura contempnere.
Et ideo illustris sublimitas tua marmorum qua-
dratas qui passim diruti negleguntur ab his quibus
ad hoc opus videtur minime in fabricam murorum faciat depu-
tari, ut redeat in decorem publicum pristina constructio, et ornat
civitatem saxa iacentia post ruinas. Statuimus ut metalla ipsius
de locis publicis corruisse apud te manifesta ratione doceat,
quia sicut volumus ornatum urbis presumptione temerarii civis
quod ita privatis compendiis calumniam detestamur inferri.

Severo viro venerabili Episcopo. Ut lesis perex-
citum transeuntem quandoque distribuat pecuniam
in refusionem damnorum que provincialibus
sunt illata

Quis melius ad equitatis iura
dirigitur quam qui sacerdotio decoratur? Cui amo-
re iustitie personalitatem nesciat iudicare et diligens cunc-
tos in commune locum non relinquat invidie. Proinde
aptam considerantes tuis cunctis actionum significamus per monta-
narium sanctitati tue mille solidos destinasse, quos provin-
cialibus prout quemque presenti anno exercitu nostro transeunte
dispendium pertulisse cognoveris, habita lesionis estimatione
distribuas, ut similiter a nostra Magnificentia reddatur alie-
nis quem sua damna gravaverant. Noluimus enim sub confusio-
ne largiri quod debet sub ratione distribui, ne quod nos
necessitatibus remisisse constat afflictis, superfluo tribuatur illesis.

Affrusto preposito. Ex [illegible] supplicatur pro
aurige seu stipendium servienti

Inclinari precibus nostra novit humanitas nec pro affectu
pietatis fines potest iustitie custodire. Benigni quippe prin-
cipis est ad clementie commodum transilire terminos equita-
tum, quoniam sola est misericordia cui omnes virtutes
honorabiliter cedere non recusant. Dudum siquidem estimatis
cunctis Sabino aurige unum solidum menstruum feceramus. Nunc
autem quoniam histrio honesta nos supplicatione permonuit as-
serens ut qui letitie publice minister existit mendicitate pre-
stissima non debeat ingravari. Et ideo presenti iussione de-
cernimus ut alterum solidum per mensem supramemorato equo-
rum moderator accipiat, qui publicis rationibus debeat impu-
tari. Gaudemus enim quotiens expensarum pagine hijs onerantur,
quia magnum nobis commodum quod nonnulla pauperibus in
qualitate conversationis largimur.

Speciosio viro devoto Comiti Theodericus Rex

Ut retentores restituant que possident spectabilis femine cuius maritum necauerint

Propositum Regale est grauatis per iniuriam subuenire ut coherceo prauorum iusticiam faciant plus amari nec dissimulari potest salua communione qua continetur ut sollicitatores publicos habeat genialis thori reuenda societas et illud humanum genus procreabile sacratum scelerate temeritatis insania profanare Agapithe igitur spectabilis femine supplicatione commoti que ab iniustis suum asserit temptatum fuisse secretum ut etiam promittentes de nece mariti aliquo iuste potuis merentium extingwi presenti iussione decreuimus ut a tempore quo iugalem copulam animo uiciata relinquit omne cunctum qui lenitatis errore firmum esse non potest legum racione quassato quicquid a detentatoribus constitit possideri sine ulla facies dilatone restitui ne scelerati ad irrisionem iusticie fraudis suarum valeant compendia vendicare Nimis enim absurdum est ut quos pena meruit consumere etiam lucra sibi valeat vendicare

Provido viro Illustri patritio

Ut res mulieris a marito seducte faciat reddi viro suo uel ipsi mulieri per eripuitorem redemite

Intercetera humani generis ponderant coniugalis affectus curas sibi rapina vendicant Non imminendo cuncta in honore esse metiuntur unde reparatio posteritatis adquiritur omne facinus auctores suos insequitur error maius fuisset ad filios et nouo infelicitatis euentu fit dedecus proprium scelus alienum Ideo iura uel diuina uel publica nexus coniugii tanta cautela sapiunt custodiri ut crimine sit magne constictie alienos affectus in reuerentia non habere Basilius siquidem vir spectabilis datis fatibus intimauit Agapitham coniugem suam de proprys penatibus a quibusdam libertate viro sollicitatoris abductam dum sexus ille fremens ad mutabilitatis vicia patet Quod etiam oblata nobis supplicatione memorate coniugis sue petitione firmauit adiciens eam cum in sacro sancte ecclesie septa refugisset ignorante marito, incognitum non que tam armati huius racione postposita contulisse Unde uirue respiciens deplorat iniectam sibimet grauissimam iniuriam factum suum ipsa condempnans quippe ut pauper diuiti casto subrepta pudori viro donaretur insipiens Nam abiectae lucra que honestatis non videntur commendare personam cum illius vos potius decet adquirere quos fama vitae possit augere

Hinc etiam prius precepta dederamus et tunc iterata iussione repe-
timus ut supra scriptam rem sine aliqua dubitatione reddatis
alienato enim rerum sollidum desiderat hic iudicium. Et ideo in
hiis vexata rebus firmum doctum prodidisse consilium. Quod enim
facere non potuit probitum que nullis turpibus extantibus relin-
quit maritum. Comiti siliquatorum et curas por-
torii agenti. Ut lardum non transmittat ad
loca peregrina

Si desideriis nostris peregrina famulantur commercia si
probato studio acquiritur externa devotio quanto magis
spontaneus bonis debet abundare Italia cui nulla impa-
rendo probetur detrimenta servitute. Et ideo speciem lardi
nullatenus iubemus ad peregrina transmitti sed in usus nostros
propria dignitate servetur. Ne quod in partibus nostris constitutum
notoria negligentia deesse videatur. Cavete itaque ne culpis
quamvis parvulis prebeatur occasio scientes gravissimum periculum
fore si studeatis vel leviter in iussa committere. In qualitate e-
nim non in quantitate peccatur. Mensura siquidem non queritur in iniuria. Im-
perium si in parvo contempnitur in omni parte violatur

Frumentario saioni. Ut fideiussor com-
pellatur implere promissa

Commovemur quidem pietatis studio querela supplicum
sed ea maxime que versatur in dispendiis innocentum
ut quibus non fuerunt in exigendo compendia grave
subeant in reddendo iacturam. Quod viri temporis
manifestum est non decere iustitiam ut alterius defectus alterum
gravet. Et reatus sit innoxius de contentibus alienis Vespi-
anus siquidem flebili petitione suggessit administrationis sue tempore
debitorem publicum in quadringentis solidis venatori postulanti
fideiussionis se vinculo tradidisse. Quo sponsionem suam pre-
sumptione truculenta rusticorum despiciente comple(re) supplicem
memoratus solidorum minus oneravit. Ideo quia proditur dena-
rium quem frequenter victorum scelerum pulsat invidia. Notum
solidum querelis assiduis in presenti negotio decrevimus quem ita
ut legaliter convictus ea que promisisse suggeritur sine aliqua
mora tergiversationis adimpleat. Quia melius semper
legum pondera pressa curatur audacia. Et dum metus talibus
imponitur pectori licentia non exceptis probetur

Simacho patricio illustri. Ut legum ultione
plectatur qui in genitorem suum manus iniecit

Quibus possit accusari iam reliqua si pietatis nomina pro
bantur esse crudelia Negligitur levis reatus cum trage
dia criminis magna tonuerit Nec aliquis intelligit quod
patrum est vindicare si delicta summa respiciant eva
dere inimicam truce tanto ipsa professionis sudit iratum
plerumque potens invenire collegam Inobedientem vos filium de
clinare penas non permittit humanitas ubi est illa natura
avis que amplexu copule non destinatur ad posteros refera
rum tactuli sequuntur parentes de cespite suo sepulta non discer
pant Propago vitis ipse servit origini Et discerpat homo
a suo fusus initio Quid dicimus illa beneficia quibus
que vel extranea possint obligare personam Nutriuntur a parvu
lis ipsis laborantur ipsis divitie conquiruntur Et cum sibi unus
quisque credat abundare quod possidet Cum a patribus quantum
pro altera potius etate petatur Proch dolor Non merebimur
eorum affectum pro quibus subire non recusamus exitium Maria
ipsa seius tempestatibus excitata genitoris terram non refugit
Ut peregrinis mercibus acquirat quod proprie soboli derelinquat
Aves ipse quarum vita semper in estis est natura sua extinca
prole non maculant Ciconia redeunt cum urgit induatis
cyaeneus tristiam ignis letitiam verum tempora introducens ma
gnum pietatis tradidit exemplum Nam cum parentes eorum pennas
senio torquente laxarunt ut ad propios cibos querendos idonei po
terint invenire plurimis suis genitorum membra frigida reso
vientes estis corpora lassa restituunt Et donec in pristinum vigorem
ala grandeva redierit pia vicissitudine iuvenes reddunt quod
a parentibus parvuli receperunt Et ideo non immerito longa vita fruantur
qui pietatis officia non relinquunt Perdicibus etiam mos est ova per
dita per fetus matris alterius damna sarcire ut adoptione aliene
sobolis incomoda sue reparent orbitatis Sed mox ut nati fi
duciam habere ceperint ambulandi ad campos exeunt cum nutrice
Erin ut fuerint matrina voce commoniti quorum suorum geni
tricem petunt cominus ab aliis furtivis fetibus educantur Quid ergo
homines facere debebunt quando et hanc pietatem avibus inesse
cognoscunt Romulum itaque qui facti sui atrocitate pollutus no
men fedat Romanum ad vestrum faciet venire iudicium Et si
eum patri suo maximo manus iniecisse constiterit. protinus
legittima sentiat ultionem Quoniam nec eligimus mores vestros
quia crudelibus parcere non potestas Quid enim pietatis est in
illos distringere qui contra nature ordinem scelerati se docent acti
onibus miscuisse **Venantio viro illustri**
Conceditur dignitas comitive domesticorum patris sui

Virtutes laudantur

Providentie nostre ratio est in tenera etate merita futura tractare. Et ex parentum virtutibus prolis iudicare successus. Certa bona certa sunt que fidem ab exordio traxerunt. Quando origo nescit deserere que consueuit radicitus pullulare. Fert etiam cursu perennium fontium vena vitalis et haustum conditorum sustinet cuncta manantia ut sapor qui concessus est origini nisi fortasse patientia viciatus fuerit se nesciat rivulis abnegare. Hinc est quod te magnifici patris meritis estimatus comitive domesticorum vacantis honore provehimus. Ut qui est clarus stemmate splendeat dignitate. Certius enim vite queritur bona futura certa non teneat. Quando gloriosi patris recolat officiosos labores qui prudentie ratione flammatus. Et fuit ad repentina sollicitus quasi per moram tractatum instructus. Prefecturam enim sollicitudinibus omni nobilissimum pondus quod ille solus fuisset expedire laudabile. Cuncta nostri exercitus cura disposuit ut ut ordinatio desset provincias ne exercitum provida se sollicitudo subtraheret. Egerunt cuncta infatigabilis et expedita prudentia traxit mores barbaros ad quietem In votum nostrum cuncta moderatus est ut sit attributionibus satisfaceret Ne dantes locum querimoniis invenirent. Verum ut de plurimis pauca sufficiat probavit. Deinde tanta ut elegerit eius inexplorata posteritas quis hec tamen generis ornamenta quod maxime pulcherrime nobilitatis decus est. nec tuorum indiges suffragio meritorum Militarium siquidem studia que cunctis honoribus suo sunt digna suffragio sedulus perscrutator assequeris, addens claritati generis ingenium suavis eloquentie. Incumbe ergo talibus studiis ama que vite ratione remunerata cognoscis ut nostra quoque iudicia certius provectibus teneas. Cum enim a nobis exigas quantum te bonis actibus imminere cognoscis.

De eodem. Et reducuntur paterna vita ad memoriam qui cum esset in parte adversa, tandem non ut transfuga sed post ruina sui domini venit ad fructum regis et administravit virtuose. Senatui urbis Rome

Studii nostri est patres conscripti remuneratorio recto conferre proposito. Et bone indolis viros ad instituta meliora fructuosi impense benignitatis attendere. Nutriunt enim permaiorum exempla virtutes. Nec quisquam est qui recusat ad maiorum similia vitatur ascendere quando irremuneratum non relinquitur, quod conscientia teste laudatur. Hinc est quod illustrem

Venantium itaque filium patricii Liberii lucente meritis comitivae dome-
sticorum vacantis dignitate subvexibus ut natalium splendor
insignitus collatis ornatior honoribus redderetur. Retinetis enim
patres conscripti patricium Liberium et in adversitate nostra fuisse laudabi-
lem cum Odovacri sit ordinarius integerrimum praebebat obsequium ut no-
stra post fuerit dilectione dignissimus contra quem multa
cotidie fecerat inimicus. Non enim ad nos vilissima transfugae cogni-
tione migravit ut proprium dominum finxit odium ut alterius sibi
procuraret affectum. Expectavit enim integer divina iudicia nec pas-
sus est sibi regem quaerere nisi rectorem primitus perdidisset. Unde sic factum
est ut ei libenter daremus praemium quia virum fidelem invenimus ini-
micum qui tam patrocinante contrario tanto nobis reddebatur
acceptius quanto sibi cognosci poterat indevotius. Reflexo itaque pene
domino similis est erroribus inclinatus. Sustinuit immobilis
ruinam principis sui. Nec novitas illum turbare potuit cum im-
ferocitatis gentilis expavit prudentis securitas est communes casus
ut cum divina fixe sustinet iudicia humanam gratiam commendatior
inveniretur. Probavimus hominis fidem tristem ad vestra iura
transivit qui superatus animum mutavit. Non autem ut vincentis affectum
tantum mox ut praefecturae praetorianae dignitate contulimus per eius
dicta sibi tradita integritate disposuit ut amaretur aliquis
sit simplicis devotione quae tam callide noverat fuisse contrariam.
Nos ergo infatigabili cura quod difficillimum videtur generis est
sub aequalitate gravi publica videtur procreasse compendia censu
non addendo sed conservando protendens. Unum illa quae consueve-
rant male dispergi bene industria providente collegit. Cen-
suum auctas illationes vos addita tributa nescitis. Quanta
utrumque sub admiratione perfectum est ut et fiscus crescerent et
privata utilitas nulla damna perferret. Iuvat nos referre
quemadmodum in tertiarum deputatione Gothorum Romanorumque
et possessores iunxit et animos. Nam cum se homines soleant
de vicinitate collidere. Sit etenim contigit ut utriusque nationis domini
communiter vivunt ad unum velle convenit. En factum novum et
omnino laudabile gratia dominorum de caespitis divisione coniuncta est
amicitia possessis per damna creverunt ut ex parte agri defensor
requisitus est. Ut substantiae securitas integra servaretur. Una
lex illos et aequabilis disciplina complectitur. Necesse est enim
ut inter eos suavis crescat affectus qui servant iugiter terminos
constitutos. Debet ergo Romana respublica et memorato Liberio
tranquillitatem suam. Qui in nationibus tam praeclaris tradidit studia
caritatis. Perpendite patres conscripti si talem sobolem debemus
irremuneratam relinquere cuius auctorem tot fecisse eximia re-

timemus. Fauceat superna depositum Ut sic nos virtutes collatis
beneficiis imitamur Ita credimus nobis honoratis per constancias
approbemus

Honoratis possessoribus et defensoribus Tridentine Civitatis / Nulla que tutorum desistari functione sunt remissa ab ceterum etiam solucione communitas exporta absoluitur

Munificentiam nostram nulli volumus extare dampnosum
Ne quod alteri tribuitur alterius dispendiis applicetur
Et ideo presenti auctoritate cognoscite pro sorte quam Buthi-
lano presbitero nostra largitate contulimus Nullam debere
persoluere fiscalis calculi functionem sed in ea prestatione quanti se soli-
di comprehendunt de tertiarum illacionibus esse vobis noveritis relevan-
dos. Nec inferri a quoque volumus quod alteri nostra humanitate
remisimus Ne quod dictu nefas est bene meritis munus nostre
contingat esse dispendium

Bodolie Sed

Super cognoscenda quarundam querimoniarum causa

Pristarum legum reverencialis est auctoritas ut
nascendo curialis nullomodo possit ab ingenuis sue curiis dis-
cedere Ut in aliud rei publice officium transit qui illud precius
fuit sorte nascendi. Quod si eos vel aliquid honore cursire
spiritus venerint quod videtur esse contrarium curione rei publice cum
sit tempore libertate frui. Et usque ad condicionem premisse per extremam
Curie minore Senatum vocavit antiquitas Novit itaque Neuca-
cum Carsenates municipes collegas suos asseruisse Etiam
uram irracionabile sibi velle defendere Unde prudencia vestra pro
integritate sue proposito examinata veritate discutiat que veniunt in
querelam Et si desideria petitorum veritate subsistunt pro impenden-
dis muneribus eos ad curiam suam remeare compellat Si vero illos uero
creditis precibus aliquid conabiliter suffragari ad mens Comitatus
instructa propria modestia omnibus destinate que adversariorum
debeat intencionibus obviare Quod si dubitas de qualitate
negocii convenit sacerdotalibus constituit Ut ante controver-
siam iusticia magis ipse cognoscat quam de iudice victus
abscedat Talem siquidem vos oportet publice superari quem
amatorem equitatis convenit invenire

Universis Gottis et Romanis Vel hiis qui portubus et clausuris presunt :-

Ut faciant vindictam de servis qui dominum suum occiderint :

Cuncta siquidem iure detestamur scelera et
omne quod iniquum est clemens gravatur
auditus. Sed ea maxime que humanam
sanguinis effusione polluta nostram contra se incita-
vere censuram. Quis enim ferat in domesticis presi-
diis locum fuisse periculis et ibi invenire dulcis vite exitium
unde nasci debuerat defensionis auxilium. Et ideo presenti iussione
mandamus, ut in famulos qui in Stephanum dominum suum proterva-
li scelere tenti[?]dantes inhumanatum quoque relinquentes eius funeris
abiecerunt legum districtione resecetis. Curat qui exemplis pro-
vocant pessimis penis arceantur acerbis. Prochdolor pietatis in
avibus invenitur que ab una condicione deseritur. Vultur ipse cui
victa est cadaver alienum tante magnitudinis ita resecat corpus
ut nec exiguis alitibus probatur infestus. Sed magis accipitre
voitas plurimi generarum avium persequitur. Aliis reddit ore dilaniat, to-
to quoque sui pondere pisci... sub... et homines ei par-
cere nequiens, tum se genus esse cognoscit. Ille non vult extinguere
quibus poterat vesci. Servi maluerunt occidere qui eos suppellec-
tilis consueverat enutrire. Et fiat ergo pastus per vulturi qui necem
potuit crudeliter desiderare pastoris, tali sepulchro recipiatur potius
qui dominum reddit insepultum.

Saionem. Ut de Ravenna mittantur frumenta

Omnes decet gratanter impendere quos publicas vident
utilitates posse respicere, quando necesse est, ut membra
sentire quod corporis summa sentitur. Atque ideo presenti
decreni iussione ut quantas in Ravennati urbe calcaterias
poteris reperire frumentis oneratas ad nos usque perducas, quatenus
alimonia publica tibi provisione relevata luxuria necessi-
tatem inopum non tangat, inopie sustinere. Reddat Ravenna co-
piam patienti liquore, quam ex ipsis consuevit accipere. Nam que
copiam nostram frequentius multorum debet solacia reperire. Trahit
enim comitatus noster obsequentium catervas, et ideo ad benefi-
cia prestanda currit necessaria populis copia postulatur.

Iohanni apparitori. Ut quidem excolat terram

Grave nimis est ut fructu labor sui fraudetur
industrie et cui debet pro sedulitate conferri premium
dispendium patiatur iniustum. In ea presertim re que ad utraque

respiciat largitatem, ubi nichil debet licere negligentie ne videatur
nimis profutura sapuisse. Dudum siquidem Spei et Domitio
spectabilibus viris loca in Spoletinensi territorio cenosis
fluentibus sentibus occupata largitas nostra concesserat
ubi terrena graciam aquarum sorbuerat vasta profunditas in
nullos usus amodo profuturum iacebat tellus naufraga
palustri torpore confusa et sub utroque iactata dispendio. Nec
liquarum puros liquores meruerat, et decorem terrene soliditatis
amiserat. Hoc nos quibus cordi est in melius cuncta mu-
tare supra memoratis tali condicione concessimus, ut si eorum
opera ac labore turpes desiccarentur illuvies illis liberata rura
proficerent. Sed quantum vivi auctoris Spei loquuntur ingesta peticio
Domitii viri spectabilis vicio dum inmemor iussionis tena-
citer parcit expensis labor est operantium ad inanem revocatus.
Cui iam in soli faciem paulatim mollicies siccata duresceret
celatam quod longa voracitate telluris solum infusionis afflaret.
Quod nos nequaquam patiemur negligi nec vota bene cepta
inercia tali destruantur ignavia. Proinde devocio tua prefa-
tum Domitium moderata execucione conveniat ut aut cepto
rei sedulus operator immineat aut si hoc sibi sumptuosum
esse crediderit, operum cedat supplicantibus porcionem. Oportet enim
ut si opera postulata nequit efficere consorcem beneficii graciam
nostram tempus permittat complere. Fausto viro illustri

Ut Ecdicii filios permittat remeare in patriam

Aequum est ut se commodet benignitas regalis facilius ubi sau-
ciatis, quia heretici per exigi plus merentur quos pectoris
sive adversa presserint, atque ideo magnificencie tue presentium auctoritate
declaramus ut Ecdicii filios quos in urbe Roma presentis residere censuimus
ad patriam cum genitoris sui funere vocatis quando reditum ipsorum arbi-
trium iubeas remeare. Ne eorum desideriis abnegatus volumus
remittere afflictis. Et quod nephas dictum est, ut nos qui do-
lorum nubila nostra semper serenitate detergimus nunc videamur insuper
prius lacrimas denegare. Insaciabilis quippe fletus est, cum hu-
mandis non sinitur corporibus interesse. Diu semper se eorum vendi-
cat qui cineribus iusta non prestat. Priamus quondam precio sepelien-
dum redemit Hectorem. Rogitant fratrem supplicantes armato
vitam quam suam exponere malunt ut cadaveri debita non negaret.
Et quoniam in hiis personis mutua sunt officia pietatis numquid
est filium genitori gratuito non impendere quod patrias magnus
proximum thalentis constitit effecisse.

Aurelio Dispotio et Theodori viris.

Ut non graventur superfluis oneribus

Decet nostri temporis disciplinam ut qui publicis utilitatibus
serviunt superfluis oneribus non graventur. Nec dignum est
ut eos umquam ledat invidia nostris moribus ordinati. Et quia
preter figulinis regia vobis auctoritate concessis operam ovant impedite
ut vereamini vos ad alias actiones posse traduci a quibus in
certa ponita vix credimus explicari. Cessant ergo circa vos impro
borum nephanda presumptio et obstinax dolis effectio. Nostra tollit
auctoritas Sinuassiz cum cedit cui se clementia principalis obie
cerit

Senatui urbis Romane
Ne pauperes graventur

Constat senatum perfectis vivendi regulam prestitisse.
Nam quicquid ornat nomen Romanum a nobis legitur
institutum, ad hoc patres in illo cetu nominati principio, ut affectum
filiorum per vos possit vita temporum. Vos enim devotionem pro
vinciis, vos decretis iura prestatis. Et subiectos libenter pa
rere ad omnes partes iustitie docuistis. Et ideo non decet inde
signum resultationis exire, unde moderationis exemplum potuit efful
gere, quod nostra clementia tam cordi est verum omnium tenuem mensuram
in veram notitiam credidit perferendum, ne magis ignorantia nutriat
excessus, sub quorum conscientia error non potest esse pretium.
Agitur provincialium iudicum relatione ad magnificum virum prefectum
pretorio directa comperimus, sic per tam tristissimis temporis
exemptum, ut nil aut parum a senatoriis domibus cogit illa
tum allegantes per hanc difficultatem tenues deprimi, quos deceat
sublevari. Fiat enim ut exactorum inimicitias qui a potentibus con
temnuntur in tenues cumulata grassetur. Et ille potius solvat
aliena qui est devotus ad propria, propterea nihil acerbiora ingerens
quam pro sua iniusta voluntate aliquid exigentibus dignetur obicere.
Que tamen omnia detrimenta curialibus dicuntur infligi. Et
qui in usus publicos fuerat nostra provisione reparati continuat
distrahentur iniuriis. Atque ideo patres conscripti qui nobiscum
reipublice debeatis curas sit equaliter ordinate, ut quicquid
una queque domus senatoria profitetur, estimat, procuratoribus
per provincias terminata illatione persolvat. Aut certe quod in lo
cum beneficii solebatis expetere, arce vicariane sedis si illud
diligitis, unicuique compleatis. Nec necesse sit curiali per in multiplice et
inefficitate conventionis laborem in exiguis veris illationibus
sua damna potius suscipere. Eveniat quoque detestabilis casus

ut qui functionem propriam vix poterat sustinere devotus alie-
nis oneribus prematur infirmus. Quod nos salva civilitate
dissimulare non possumus, ut sine acerbitate belli rebus suis
exuantur oppressi. Et illi magis pereant qui rei publice pacem
festinant. Hoc etiam nos edictali programmate in questorum
honoratis provincialium notitiam protulisse ut libere prorumpat in
publicum, qui se aliene functionis ponderibus noverit oppressum,
relaturus a nobis iustitie fructum qui fessis novimus dare pre-
sidium. Edictum Theodorici Regis

Ut quisquis possessorum sive curialium gravatum se sentit

Quamvis sit querula vox doloris nec contineat se
iniuria, et lesus animus conquestione pascatur, cum
liberior sermo promitur, qui vera auctoritate laxatur.
Detestamur enim iniustos premi. Et commovemur que-
rentium malis. Velocius quia ad nos pervenit quod dissimulatio pa-
ciens abscondit. Accedit etiam quoniam amatorum nos respiciunt
lesiones. Cum illud pietati nostre perire credimus quod per mediocrium
damna sentimus. Nuper itaque provincialium iudiciali relatione
comperimus damnos aliquas prepotentium sitas non impleri per ordi-
nem functiones. Unde fieri ut dum illorum quantitas procuran-
di queritur a tenuibus summa potior exigatur. Superbia denique
conductorum canonicos solidos non ordine traditos, sed in magnos
ponderibus iniunctibus fuisse proiectos. Nec omissam exiguam
quam reddere consueverat sollempniter contulisse. Proinde factum ut cu-
riales quibus nos volumus esse prospectum imminentium solli-
citudine coacti gravia damna sentirent. Et si dici phas est cum
alienis debitis sub fraudulentie urgentur compulsoribus, posses-
sionum quoque suarum amissione gravati sint. Quod scelus ut
debeat amputari ad serenissimum quoque senatum precepta transmi-
simus. Et nunc edictali programmate diffinimus ut quisquis pos-
sessorum sive curialium gravatum se sentit in aliena calculi functione,
ad nostre serenitatis audientiam venire deproperet, scituris nobis
omnes excessus discipline displicuisse priores cum videant prospe-
ritura succedere. Patuit ergo nobis arbitrium iusti principis
communis omnibus semper declaretur indiciis. Nunc autem sub silen-
tio patientiam doloris obduite aut subinvestita iter votis
aperite. Nam etiam vobis adiacet eligere quod votis prosperi-
tas expedire. Fausto preposito

De negotiatoribus frumentorum

Nullius compendiis delectum invisas ut ad animum
nostre pietatis perveniunt que probitatis opera deserunt.
Respublica siquidem dum semper equitate augetur
et eius temperantia diligitur. Volentes proficua succedunt
utque nostro illustri magistro eius negotiatorum Apulie sive Ca-
labrie supplicatione permoti decernimus instituendam ut summa
que super dictos negotiatores publico comparant non iterum ab
eisdem sub precii nomine solidorum quantitas exigatur. Nam si co-
emptam rem expensis publicis necessariam non habet ab offi-
cio vestro suscepta moderamine fideliter detrahetur. Eventum
rei ratio est habitura fiscalis que iniuste videtur impositus
si quod recipit. Nimis enim iniquum est ut ille patiatur dis-
pendium qui compendium facit alienum. Pari conditione censentes
Sextario quoque quem negotiator eius provincie videtur inferre
ne quis audeat dampnata semper pretia protinus exigere. Et ut validi-
us retundamus excessus penam triginta librarum auri sedibus nostre per-
fectis imponimus. Si quis contra hec saluberrima instituta au-
su temerario venire tentaverit. Consilium vestrum decem librarum auri
dispendio esse feriendum se noverit. Nisi inhibitas presumpserit exe-
qui iussiones. Illa quoque parte sessis clementia nostra se porri-
git. Ut si pensione huius tituli siliquatario prestat monopolium quod
negotiator exerceat. Si vero siliquatarius huius titulum negotiato-
ribus indicat abrogandum nulla ab eis exigat pensionem. Etenim
satis absurdum est ut affligatur dampnis qui commoda non habet
actionis. In quarariis denique pristinus ordo servetur. Et ad eos
tantum functio ipsa respiciat quos huic titulo parere volunt
antiquitatis auctoritas. Denique presentia nostra contra negotiatores
qui nostris titulis necessarii comprobantur commodius faciat con-
sideri. Ne genus hominum quod vivit lucris ad neque possit
pervenire dispendiis. Universis Iudeis Tranie
existentibus. Indulgetur ut vetustis pari-
etibus Sinagoge tantum tecta nova super-
ponant.

Sicut exoranti iustitiam clipeum prebere
consuevimus ita per nostra beneficia fraudes fieri
legibus non amamus. Hinc ea parte sapiens in qua
divine clementie credimus interesse ne quo insultare videantur
elati divinitatis gratia destituti. Vos Iudeos regione tantum
vetustis parietibus super imponere Sinagoge vestre presenti au-
ctoritate censemus extentionibus ceteris earum sed etiam commoditatis

servat constituta divalia permiserunt. Nec aliquid ornatius
probatur adicere vel in ampliandis edibus evagari. Et noverit
vos severitatem minime effugere veteris sanctionis, si rebus non
abstineat illicitis. In ipsis vero parietibus cooperiendis vel figendis
tantum licentiam damus, si vobis tricennalis non potest obesse prescriptio.
Cur appetit, que refugere deberet. Damus quidem permissum, sed
errantium votum laudabiliter improbamus. Religionem imperare
vel imparare non possumus, quia nemo cogitur ut credat invitus.

Stephano viro senatori comiti
Collaudatur in re militari

Tribuenda est iustis laboribus compensatio premiorum,
quando exprobrata milicia creditur, si inremunerata
transitur. Athletam publice palma designat esse victorem,
sudores bellicos civica corona testatur. Expectant etiam equi pre-
mia sua, et tanta quietate eis est, ut in illis tardius detur
laboris premium, qui sentire non poterant de negotio. Et si ita dignum
est hoc homini reddere, qui per honesta cognoscitur obsequia pla-
cuisse. Tot enim casus lubricos actionum fixum tenuisti milicie
probate vestigium, et quod raro in servicio provenit principatus
iudicium, numquam circa te variavit affectum. Nec erat aliene
vite iudicium quicquid invidus, cum etiam decessorum suorum
ordinationibus redderetur adversus. Placere sicque meruisti cunc-
tis semper diligenda custodiens, silentium in secretis, in actionibus
efficaciam, et per contrarium bonum, ita homini turpia reddere. repre-
hendere satagebas, ut si probes officia nulli tamen tua operam
vendicabas. Vocabulum principis nulla sorde maculasti, servasti
dignitatem nominis excitatione virtutis. Unde est quod spectabilitatis
honorem, quem milicie sudore detersis iusta deputavit anti-
quitas, premium tibi auctore conferimus. Et laboris tui tandem
finitas excubias remuneratione comitive primi ordinis iam
securus intelligas. Et quia grave principis dignitas nuda non
asserit, ne beneficium dici potest quod nulla utilitate sentitur,
privilegia quoque que tribuni schole tue principalis constituta diva-
lia voluerunt, simili munificentia condonamus. Nec in hiis quic-
quam debes metuere que forsitan novella usurpatione tentantur.
Ab omni ergo damno oneribus quoque sordidis ius te munivit antiquitas.
Sed quamquam tibi digna premium remuneratione solvamus, futuri
tamen votis spem magnam pollicemur. Sed quia angusta sunt
beneficia, que non etiam de futuris aliquid pollicentur. Aderit provi

dentia principalis Ut quos dignos favore nostro credimus eos quam maiore cumulemus honore. Verum quia celari non debet seguendo bonum impetrata prudentia ad provinciales indices facto notariis premi... spectabilitate tuam devotatam nostro testimonio ... tor da coniuestant tibi quam ut pote amicitie munere absoluto cultus competens per nostrorum temporum laude fruetur

Catholice viro senatori comiti primi ordinis et ex principe nostri offitii. Ut hominibus ecclesie prestet tuitionem

Quamvis nullos velimus aliquos sustinere gravamina quos videtur pietas nostra protegere. Enim regnantis est gloria subiectorum custodita tranquillitas. Tamen specialiter ecclesias ab omni iniuria cupimus reddi alienas crimibus deo equabilia prestantur. una divinitatis acquiritur. Et ideo beatissimi viri Eustorgii episcopi sancte Mediolanensis ecclesie permoti petitione presentibus te affatibus amonemus. ut ... hominibus illius ecclesie intra Siciliam constitutis tuitione servatas salva civilitate prestare. Nec cuiquam cuiuslibet nationis homine contra proprias patrie ... quos debet divinitatis intuitu sublevari. Ita tamen ut causis publicis et privatis que contra eos rationabiliter ... nolimus eos ab aliquo pregravari. Ita exceptos a tramite iustitie non patimur inveniri.

Faustino preposito conceditur libertas ecclesie

Non prediciat reipublico personalis exceptio. quia beneficialem esse principem decet. nec intra regulas constitutas potest munificentia regalis arctari. Ita levius coercetur gravissimus institutis impatiens ambitus iuribus refrenetur. Clementia non habet legem. nec debet sub angustiis teneri benigna sequi. que debet sine fine laudari defensores ita quam lucri exaggeratione finiuntur. unum sibi ex negotiatoribus urbis sue desiderant oportune prestari. Cui pro emptoris functis officio exceptus negotiationis oneribus debeat implere quos susceperit. Hoc enim nos et Ravennati ecclesie contemeraut priores allegatione rationabili tribuisse. Quos pietatis exemplum ad suum quoque supplicant commodum transferendum. Et ideo illustris et precelsa magnificentia tua salva in aliis negotiatoribus

comoditate publica que ab innixo corpore consueuit inferri. Vnum eis quem sibi nisi fuerint eligere deputabit Cui ita commercium negotiationis exercet excludat nec Monopolij nec siliquatici nec auraric aliquid pensionis impendat vel quodlibet gravamen innundinatione sustineat Quia cum illud tradimus amnicum vnde nulla possimus dampna sentire. Dromonariis.

Vt habito victu de fisco excurrant cum veredariis in pado

P Ublicas debent vtilitatibus consuetudine qui nomen deserere militiae Quid enim agat homo si professio desit. obsequio. Vnde nec comoda priuata recipiat vt gratiam strenuitate adquirat Et ideo comiti sacrarum largitionum nostra praecipit auctoritas. vt in hostiliensi loco constituti debeatis quatenus fiscali humanitate recreati excursus cum veredariis per alueum padi more solito faciatis. ut diuiso labore cursus publicus valeat subueniri. Cuius cursus nec vel atteritur. qui per vias liquidas expedit Non enim nobis nimio labore claudicare contingit. qui manibus ambulat. vehiculum virium nil sentit iniuriam ut defectum patitur quod vnda potius incedere portat.

Senatui Vrbis Rome

Qualiter quidam de palude vastatoria voluerit terram excolere fertilem

G Rata est nobis patris conscripti circa vtilitates publicas impensa deuotio. Cuius dudum animum laudabiles animos comprobamus sequi vestris vestigiis recepimus. Quid est enim tam Senatorium quam vtilitatibus publicis quemquam impendat affectum ut possit patriae prodesse qui natus est vir Stacio magnificus atque patricius decimus gloriosa circa rempublicam amore deuinctus vltro postulauit voto mirabili quod vix potuisset sub consilio nostre pietatis imponi paludem decennouii in hostis modum vicina vastantem foueam ore patefacto absorbe promisit illam famosam seculi vastatricem quam sub diuturnitate licentie quondam mare paludestre possedit Cultus quoque locus inimicum suppressus vnda diluuium terram tenaz quam silue stri pariter horrore confudit Nichil vtile continens sub lixiviosa spoliatum est solum fructibus postquam obnoxium cepit esse paludibus Et ideo animum ipse confidentie cordium vt quod diu ylerus publica refugit nam priuata suscepit Quod quo auditum laborem aggressurum se laudabili est petitione polliciturus vt peruncte dampnoso gurgite que fuerat dimissa vltro non

aperirent. Unde iure supplicat pars senatus, postulat iussiones
ut auctoritate publica subeat opus eximium, quod erit cunctis ve-
nientibus profuturum. Sed vos patres conscripti, quibus cordi est bo-
num desiderium iuvare auxiliaribus constitutis, precibus decretis
annuite, ut ad loca ipsa Decemnovii duos ex vestro corpore dele-
gatis, quibus arbitralibus quantum spatii restinguat incursibus
paludestris illuvies occupavit fixis finibus annotetur, ut
cum ad perfectum promissa pervenerint, liberatori suo reddita
terra proficiat. Nec quisquam inde aliquid praesumat attingere, quod
tamdiu invadentibus aquis non potuit vindicari.

Decio viro illustri patricio. Quod sine fisco conceditur ut paludibus desiccatis liberam terram quam excoluerit suam libere possideat dominus.

Iustitiae ratio est ut laudabile desiderium sequatur prosperitas
iussionum, et quod bona voluntate suscipitur, regalibus
quoque ordinationibus impleatur. Tibi itaque desideria
iusta poscenti praesenti auctoritate concedimus, ut Decem-
novii paludibus quas siccat, sine fisco revocata in solum iura pos-
sideas. Nec collatam metuas libertatem rebus exhibere culturam, quia
sub testimonio qualitatis absolvimus. Hinc etiam ad amplissimum
senatum praecepta direximus, ut definito iure spatio ad tuum pertran-
seat dominium quod est a foedis gurgitibus vindicatum. Aequum
est enim ut unicuique proficiat labor suus. Et sicut expendendo
cognoscit incommoda, ita rebus perfectis consequatur augmenta.
Illud etiam qui studio reipublicae semper invigilamus adicimus,
ut si quis hunc laborem iuncta tecum societate subire delegerit,
habita operis aestimatione habeat iuris proprii spatia pro parte
quam suscepit, ut nec solum in cunctis praegraveris oneribus, et a-
nimosius peragatur quod sub collegae adiunctione suscipitur. Ita
fiat ut quae rebus maximis est inimica, molestia careat invi-
dia. Enitere gloriosis desideriis gratanter insiste, ne opinioni
tuae grave sit in assumptis conatibus mancavisse. Intuere quippe
omnium ora atque oculos in te esse conversos. Respice senatus nunc
suspensa iudicia ad effectum operis instituti. Et quanta valent
animositate festina, ut dignus tanta remuneratione videaris
ab omnibus, quem iam omnium admiratione laudamus.

Arthimedoro prefecto urbis Rome. Ut pecuniam deputatam fabricis et demum utilitatem perscrutandum Romanis menibus applicet.

Gaudemus in te floruisse veram iustitiam, letamur aliquid
presulem Romanis artibus extitisse qui generosis animis
civitatum fraudibus non passus es velare secretum. Ne nos aut
delicta complices facerent aut securitas ad maiora potius incita-
ret. Atque ideo pecunia que fuerat fabrice deputata Romane
et nunc magnitudinis tue discussione constat abiurata eam ut red-
ditus suo tempore ut docetur expensa sine aliqua dilatione resti-
tuatur et nobis ordinatoribus eorum operis menibus applicetur. Nefas
enim est ut in alios usus transeat que sibi subtracta non im-
merito Roma suspirat. Debebimus itaque relatoribus deputate
pecunie non modica pena percellere qui in tali causa nostram consci-
entiam fraudaverunt. Sed assunt moderatrix que nobis semper
est iuncta clementia ne in dictorum facto plectamus graviter irritati.
Iustitia sufficiat nobis cupiditatem non implesse quod voluit
ne maior potest provenire vindicta quam velut ipsa videtur pro-
qui se suspecta turpiter indicaverat possidere. [illegible] Fausto preposito

Ut inquirat quo perijt statua erea

Acerbum nimis est nostris temporibus antiquorum facta decrescere
qui ornatum urbium cotidie desideramus augere. Nam dudum
pluribus te missionibus admonemus ut de Comensi civitate
eneam statuam que perisse suggeritur omni curiositate perquiras
spondens etiam centum aureos si quis hec sacrilega prodere furta
maluerit. Quatenus promissio nostre benignitatis trepidos ad spem
confessionis invitet quod etiam ad te destinata edicta loquuntur.
Sed nunc hec tante inquisitioni promulgavimus. Si adhuc furtum secreta
celaverint post edictum venerabilem locorum fac artifices con-
gregari a quibus sub terrore perquire quo ministerio fuerit perpe-
tratum. Ab imperitis enim tam gravis rerum statue facilis eversio non fuisset
nisi tentasset loco movere ingrata presumptio.

Edictum Regis Theodrici. Ut qui statuam eneam perditam prodiderit centum aureos premio remuneratus accipiat

Quamvis ad proditionem sceleris delaxata
nimis tela sufficiat nec parum sit nimius cautele sup-
plicii destinasse terrorem addimus tamen premium quod hic
innocentia solet non quia commissa placuerint. Sed delectamur nos
munificos esse in amore vindicte. Quapropter pro edicti unus-
quisque auctoritate cognoscat centum se largitate nostra aureos pro-
mereri si prodat quis statuam de Comensi civitate rapu-
erit. Et de suo facto quod maxime nocentis recipit indul-
gentiam se noverit habiturum. Damus in ereo compendio auri

Omnium et metalla, que invenire possumus preciosiora largimur. Illud potius ad liberalitatem reducentes, ne tiscat in usum, quod constat esse prohibitum. Quis ergo tanta stulticie cecitate demencium, ut dubitet credere, quod et sanctitate recepit et comunio confessionis adquirit. Si quis autem dissimulandum forte crediderit cum hoc aliquo vitari indicio senciens iram deterreat ultimo se noverit discrimine rapiendum. Indignum enim est ut qui respuit indulgenciam iram debeat postea suffragetur humanitas.

Fausto Preposito

Qualiter civibus super consuetudinem aliam ad exhibicionem termarum millenam deputat

Profectus Regni nostri benignitas debet emulari, ut civitatis humanitas relaxet dona, quibus respublica suscepit augmenta. Nos enim aliter laudatum nomen possumus custodire nisi ad consideracionem rerum nostrum studeamus excitare propositum. Inter tot quotidie decorpitadte successus tenacitatis esset vicium angusta forte largicione contentum. Spolitinis civibus ad exhibicionem termarum super consuetudinem aliam millenam esse deputandam. Supplicium libenter impendere, que ad salubritatem hominum cunctis pertinere. Quia laudes sunt nostrorum temporum celebrata iam a priore

Fausto Preposito … exornantur

Ut negociatores civitatis ab hostibus devastati in coempcione per biennium non vexentur

Opes nostras cupimus thezauro pietatis augeri. Execrantes commoda que nobis vexatorum fuerint calamitatibus adquisita. Molesta est illa nostre clemencie que defletur. Cuncta quicquid sub leticia penditur, accipientis laudibus applicatur. Urbis itaque Sipontine negociatores hostium se asserunt depopulacione vastatos. Et cum egentium levamina nostras potius divicias estimamus, Illustris Magnificencia tua per hoc unius biennii curriculum nulla faciat coempcione vexari. Sed quoniam lapsos relevasse non proficit si omnis solicitudinis aliud accedit, cum memoratis negociatoribus noscuntur mutuasse pecuniam, Celsitudo tua faciat ammoneri ne in hoc biennii spacio quicquam de credita summa existimet postulandum, quatenus sub induciis supradictis tantum possint recipere pecuniam et alleviarentur a debitorum va-

lecant substantia respirare. Quid enim proficit creditoribus fes-
sos urgere, quando inassium quis intuitu mendicatos exuere, quibus
magis proficimus si ad initiata sufficiendo pervenire faciamus

Aloysio architectato. De natura et amenitate termarum mirabili

Sicut audita veterum miracula ad laudem clementie nostre
prudenter erigimus, ut omnia augmenta regalis sint glorie,
que sub nobis nulla detrectant. Unde studio decrevimus
reparari, quod etiam nostris oculis frequenter constat offerri.
Delectant enim salutiferi Appollinis meminisse singula, ut intelligas
quo desiderio cupimus restaurare, quod de memoria nostra nescit
exire. Ceruleum fontem vidimus in forma dolii concavis hiatibus
estuantem. Et fornaces anhellantium aquarum conducto ventila-
bro nature probabili dispositione conservatas. Que licet more
calido nebulosos vapores exalent, habet tamen iocundam prospicui-
tate aspectibus humanis aperiunt, ut quivis hominum illam
gurgitem desideret contingere. Et cum non ignoret ardere ore plenissimo
ut in spere similitudine super timnos suos aquarum dorsa tur-
gescant. Et latex ipse vitreosus tanto quiete defluat, tanta
quasi stabilitate decurrat, ut non putes eum crescere, nisi quia
inde aliquid tanto murmure senti exire. Veniunt aque per
algentes meatus tali fervore succense, ut post recurrura spacia
que arte facta sunt longiora caloris sint maximos redditure.
O mistri mirandum semper ingenium, ut nature furentes ardores
ita ad utilitatem humani corporis temperet, ut quod in origine
dare poterat mortem, doctissime moderatum et delectationem tri-
buat et salutem. Mirat enim videre nature secretum, vel latices
vapores igneos exalantes, auctum undis intersimeter ardorem
et calorem venire decursu rivi, unde usualiter solebat extingui.
Merito dicunt philosophi elementa sibi mutuis complexionibus alligari
et mirabili federatione coniungi, que inter se contraria intelliguntur
diversitate pugnare. Ecce madentem substantiam vapores producere
constat ignitos, que mox ad termarum edificia decora perveniunt
illis arentibus unda descendens et aera sua qualitate succendit
et tactu fit habilis cum recepta fuit in lavacris. Unde non tantum
delitiosa voluptas acquiritur, cruciatus blanda medicina confertur,
sed sine tormento cura, sine horrore remedia, securitas impuni-
ta, balnea contra diversos dolores corporis attributa, que ideo
Appolinum greca lingua beneficialem nominavit antiquitas,
ut causam tanti remedii exter cognosceret, cum de tali nomine
dubium nichil habet. Sed inter alia loci ipsius bona illud quasi

stupendum esse dicimus quod una fluentorum natura diversis mi-
steriis videatur accommoda. Nam protinus a suscipiente collecta in-
halat prime cellule sudatoriam qualitatem. Deinde in solium mi-
tigata descendens minaci ardore deposito suavi temperatione mo-
llescit. Mox in vicinum producta tam aliqua dilatione torpuerit
nullo blandius intepescit. Postremo ipso quoque derelicto
torpore in piscinam neronianam frigida tantum efficitur quantum
prius ferbuisse sentitur. Nec immunito auctoris sui participans
nomine collecta est eius viriditate gemmarum. Ut ipsa quoque
vitrei elementi colore perspicua, quasi dum trementes undas
quieta commoveat. Sed et ipsum quoque lavacrum mirabilius red-
deretur. stupenda quaedam continentie disciplina. quod in vicino
qua viri recreantur, si mulier descendat incenditur. Propterea
quod et ipsis altera exhibito decora collata est. Nec credentium
aquarum fecundissimum locum non credent habuisse. Unde plu-
rima largiretur si ceteris semper uno numine communiter ute-
retur. Hec penuritas aquarum per igneas tre venas occultis
meatibus influens intelligendi prestat audaciam. Eas de-
num in auras erumpere ad excocti fontis irriguam puri-
tatem. Nam si nature illius fuisset incendium, sine inter-
itu substantie non esset amissum. Sed aque materia sensibi-
lis sicut peregrinum contraxit ignem, sic iterum nativum facile
resumit algorem. Prestat et aliud adiutorii genus vis illa
medicabilis. Nam iuxta caput fontis scintillosi quemadmodum sibi
meatum provida natura formavit. Hinc desuper sella coporta
que humanis necessitatibus spera perforatur in cestule. Et e-
gros suscipit humore defluentes interno. Ubi dum fessi
nimio labore consederint, delectatione illius recreati va-
poris et lassa viscera reficiunt, et humores noxia infusione
largitos vitali ariditate constringunt. Ut quasi aliquo
desiderabili cibo refecti valentiores protinus queant inveniri.
Sit medicabilis substantia venit a sulfure, quod calet a sal-
sedine que desiccat. Talia posteris non tradere hoc est gravius
in longa etate peccare. Quapropter si illic antiqua edificiorum
soliditas innovetur, ut sive in cuniculis sive in thermis
fuerit aliquid reparandum, te debeat imminente reconstrui.
Virgulta quoque noxia importunitate nascentia evulsis radici-
bus auferantur. Ne radices quidem capilli paulatim turgescen-
tes fabricarum visceribus inserantur et more vipereo prolem
sibi fecunditate nutriat contraria, unde se compago la-
xata dirumpat. Palatium quoque senectute quassatum assidua
reparatione corrobora. Spatium quod inter edem publicam et caput

[V]igeat fontibus interiacet silvestri asperitate depurgata. Videat
floreti gramine facies decora campestris, que etiam ardentium aque
fertilitate letatur. Mirum quoque modo dum proxime solem cremantur
silicem nutriat partus et virores. Sed non his tantum beneficiis Anthe-
norea terra fecunda est; confert et alia que multo grandius
obstupescas. Cordi namque, ut ita dixerim, fontium secreta qua-
dam litem contentiosa negotiatione dividit. Nam si quis forte
pecus furatum pilis natum solito more spoliare presumpserit, un-
dis ardentibus frequenter immissum mirum est ut ante decoquat-
ur quam emundare prevaleat. Quere secretarium iure reverendum, quando in
his aquis non solum sensum sed et verum tollat de indiguo et ...
negat altitudine dissolui ... ex castitate fontium diffiniri. Loquuntur illic ta-
cita natura dum indicat et sinat ... iudicium dicat que prefidia negat et
claudit. Sed quis ista conservare negligit, quamvis plurima tenaci-
tate sordescat. Regnum ornat regnum quod toto spectat orbe sin-
gularis novitatum. Et ideo petimus que tibi data est, si opus non
possit complere susceptum, quantum adhuc impendendum esse credi-
deris missilibus nobis brevibus indicabis, quia non gravia-
mur expendere ut tanta videamur ruris amenia vel
memoria custodire.

Boecio viro patricio et cetera.
De quodam citharedo doctissimo de virtutis
simphonie de arte musice de modis eius et inventoribus

[C]um rex Francorum convivii nostri fama pellectus a nobis citha-
redum magnis precibus expetisset, sola ratione complendum
esse promisimus, quod te eruditionis musice noveramus ex-
peritum. Adiacet enim nobis doctum eligere, qui disciplinam
ipsam in arduo collocatam potuistis attingere. Quid enim illa prestantius
que celi machinam sonora dulcedine et nature convenientiam ubique
dispersam virtutis sue gratia comprehendit. Quicquid enim in conceptu
alicuius modificationis existit, ab armonie continentia non recedit.
Per hanc competenter cogitamus, pulchre loquimur, convenienter mo-
vemur. Que quotiens ad aures nostras disciplinae sue lege per-
venit, imperat cantum, mutat animos artifex auditus et operosa
delectatio. Nec tamen de secreto nature cum sui sensus regina-
tionis sue et ornata processerit, reliquae cogitationes exiliunt,
omniaque facit eici ut ipsam solummodo delectet audiri. Tristiciam
ipsa vox iocundat, tumidos furores attenuat, cruentam seviciam
efficit blandam, excitat ignaviam languore minuit, soporem vigi-
lantibus saluberrimam quietem reddit egrotis, vitiatam turpi a-
more ad honestum studium revocat castitatem, sanat mentis tedi-
um bonis cogitationibus semper ad usum adauxiliatricem gratiam

De Arte musica

odia perniciosa convertit Et quod beatum curationis genus existit
per dulcissimas voluptates expellat animi passiones incorporea
animam corporaliter insinuet et solo auditu ad quod velit deducat quam tenere
non prevalet. Ore tacitus manibus clamat sine ore loquitur Et per
insensibilium obsequium exercere prevalet sensuum dominatum. Hoc enim
totum inter homines quinque tonis agitur qui singuli provinciarum
ubi reperti sunt nominibus vocitantur Miseracio quippe divina loca-
liter sparsit graciam suam et omnia sua valde fecit laudanda Dorius
prudentie largitor et castitatis effector est Frigius pugnas exci-
tat votum furoris inflamat Eolius animi tempestates tranquillat
sompnum quiam placatis attribuit Iastius intellectum obtusis acu-
it et terreno desiderio gravatis celestium appetentiam bonorum operator
indulget Lidius contra nimias curas anime tedia que repertus
remissione reparat et oblectacione corroborat Hoc ad salutem
corruptibile seculum flectens honestum remedium turpe fecit esse
commercium. Ut vero numerus quinarius trina divisione consistat
Omnis enim tonus habet summum et imum Hoc autem dicuntur ad
medium Et quoniam sine se esse non possunt que alterna sibi vi-
cissitudine deferunt Inventum est artificiale musice
adiutorium operationibus diversis organis exquisita modis quindecim
contineri His rebus aliquid maius adiciens humana sollercia
terris quandam armoniam doctissima inquisitione collegit que
Dyapason nominatur ex omnibus scilicet congregata ut virtutes quas
omnes habent melos potuisset habere. Hec ad imaginem mirabilis con-
tinet Hinc orpheus mutis animalibus mirabiliter efficaciter imperavit
Vagos quoque greges contemptis pastibus ad suaves auditus epulas
invitavit Illo cantante siccas tritones terras amarunt Galathea
lusit in solidis Deseruerunt ursi amabiles silvas leones domesti-
ca tandem dumeta relinquunt iuxta predonem suum preda gaudebat
in unum concentum contraria vota collecta fuerunt Et fidem dulci
lira omnia sibi crediderunt adversa Amphyon quoque Dirceus can-
do cordis thebanos muros dicitur condidisse ut cum homines la-
bore marcidos ad studium perfectionis erigerat saxa ipsa credentur
relictis rupibus advenisse Museum etiam et artis orphei filium et
nature charonis fontem lingua concelebrat dicens apud infe-
ros in summa beatitudine constitutum quod per campos elisios feli-
ces animas septem cordarum pulsibus amenabat Significantes summo
premio perfrui cui disciplinae huius contigerit suavitatibus epulari
Sed hec omnia humano studio per manualem musicam videntur
effecta Naturalis autem ritmus animate voci cognoscitur attributus
qui tunc melos pulcre custodit si apte taceat congruenter loquatur
Et per accentus viam musicis pedibus decore composita inven-
ta est quoque ad permovendos animos oratorum fortis ac suavis o-
racio ut commotis irascantur iudices misereantur errantibus

Et quicquid potest eloquencia efficere ad huius discipline non est dubi-
um gloriam pertinere. Poetis etiam Athenaeo testante duo sunt inter
principalia sunt tributa: r exroicam et Iambicam unum quod erigeret
alterum quod placeret. Ex quibus diversa progenita sunt ad oblectan-
dos animos audientium, et ut in organis toni ita in humana
voce variae affectiones animi. Metra gravida peperit. Sire-
nes in miraculum cantasse curiosa prodit antiquitas. Et
cum navigantes fluctus abduceret carbasa ventus inflaret
eligebant scilicet decepti scopulos incurrere ne tantam paterentur
dulcedinem preterire. Ex quibus solus evasit Ytacus qui nautis
contra noxiam dulcedinem sollicitatricem protinus obstruxit au-
ditum. Cogitavit vir prudentissimus felicissima sagacitate et
quam vincere intelligendo non poterat non audiendo melius supera-
bant. Se vero solide arboris constrictis nexibus illigavit ut
et famosos cantus probare liberis auribus potuisset et peri-
culosa dulcisone vocis unda rapiente vinctus evaderet. Verum
ut et nos talia exemplo sapientes Ytaci fugiamus loquamur
de illo lapso de celo psalterio quod vir toto corde cantabi-
lis ita modulatum pro anime sospitate composuit ut his ymnis
et medelis sanentur vulnera et divinitatis singularis gratia con-
quiratur et quod seculum miretur et credat. Pepulit etiam da-
vidica lira dyabolicum sonum spiritibus imperavit et tacente
ter cythara. Rex libertatem reddit quem intus unus turpiter
possidebat. Nam licet huius delectacionis organa multa fuerint
exquisita. Nichil tamen efficacius inventum est ad permovendos
animos quam concava cithare blandicia resultans. Hinc etiam
appellatam estimamus cordam. Quod facile corda moveat ubi tan-
ta vocum collecta est sub diversitate concordia ut vicina corda
pulsata mox alteram faciat sponte contremiscere quam nullus
contigit attigisse. Tanta enim vis est convenientie ut rem insen-
sualem sponte se movere faciat. Dum eius sociam contigerit agi-
tari. Hinc diverse veniunt sine lingua voces. Hinc variis
sonis efficitur quidam suavissimus chorus. Illa acuta nimia
tensione usta gravis aliqua laxitate. Hec media tergo
blandissime temperato ut homines se ad tanta perducere non
valeant vincente. In unitatem ad socialem convenientiam textione
concentica pervenerunt. Ubi enim quicquid excellent quicquid
ponderatum quicquid grave quicquid porrissime alias se
distantias sonat quasi in unum ornatum constat esse collectum.
Et ut dyadema oculis varia luce gemmarum sic cythara di-
versitate soni blanditur auditui. Musarum loquamur tela stamina

bbosa fila tanctia in quibus arguto plectro regit quod dul-
citer audiatur. Hanc igitur admirationem vestre testitudinis mer-
tinus dicit invenisse. Que utique tam utilissima providenter
astronomi inter stellas requirendum esse putaverunt persuaden-
tem celestem esse armoniam. Quando hic formam comprehendere
potuerit inter sidera collocatam. Armonia vero celi, humana
non sermone iam potuit idonee explicari. Quam ratio tantum
animo dedit, sed auribus nature non prodidit. Dicunt enim
debere credi, ut beatitudo celestis illis oblectacionibus per-
fruatur que nec fine desinat nec aliqua intermissione mar-
cescit. In ipso quippe intellectu habitatores referunt supna
ipius deliciis celestia perfrui et talibus contemplationibus
inhérentia beatis iugiter delectationibus contineri. Bene
quidem arbitrati si in creatore non in sonis causam cele-
stis beatitudinis posuissent. Ubi veraciter sine fine gaudium est
sine aliquo tedio manens semper eternitas. Et conspectio sola divinitatis
efficit ut beatus esse nichil possit. Hec veraciter phemnitate prestat hic
iocunditas accumulat. Et sic per ipsam creatura non extat. Ita si ipsa
incomutabile leticia hic non prevalet. Sed quoniam nobis feliciter facta est
voluptuosa digressio, quod semper gratum est de doctrina collocutio. Perfectum
citaredum quem a nobis diximus postulatum sapientia vestra elligat pre-
ti tempore meliore facturum orpheicum aliquod dulcissono gentilium fera
corda domuerit. Et quante nobis grata fiunt acta, tante vobis et vestra
dignitate compensacione cumulabili referentur. Cum et imperio vestro pa-
ret et quod vos clarificare possit efficit. Regi francorum
congratulatur de victoria persuadet ut cesset a bella
do et transmittit citaredum expetitum

Gloriosa quidem vestre gratulamur affinitate utrum quod gentem francorum
prisca etate desidem feliciter in nova prelia concitasti. Et alaman-
cos populos cesis fortioribus inclinatos victrici dextra subdidisti. Sed
quoniam semper in auctoribus perfidie resecabilis videtur excessus, quod non prima
torum plectibilis culpa omnium debet esse vindicta. Motus vestros infes-
sas reliquias temperate, quod iure gratie merentur evadere quos ad parentum
vestrorum defensionem respicitis confugisse. Estote illis remissi qui nostris
finibus celant exterriti. Memorabilis triumphus est allemannum sic
acerrimum expavisse ut tibi eum cogas de vite munere supplicare. Suf-
ficiat illud regem cum gentis cecidisse superbia. Sufficiat innumerabilem
nacionem partim ferro partim servicio subiugatam. Nam si cum reliquis
confligis adhuc cunctos superasse non credere. Accipe in talibus

causis frequentibus expertum illa mihi bella provenerint feliciter que mode
rato fine pacta sunt. Is enim vincit assidue qui novit omnia tempe
rare dum iocunda prosperitas illis blandius arridet qui austeritate nimia
non rigescunt. Cede itaque suaviter genio nostro quod sibi gentilitas communi
remittit exemplo. Sic enim fit ut et meis peticionibus satis
fecisse videamini nec sitis solliciti ex illa parte quam ad nos cognoscitis
pertinere. Unde et salutantes honore et affectione qua dignum est
illum et illum legatos nostros ad excellentiam vestram consueta caritate
direximus per quos et sospitatis vestre iudicium et sperate peticionis conse
quamur effectum. Aliqua vero que ad nos pro vestris utilitatibus pervenerunt per
harum portitores verbo vobis insinuanda commisimus ut cautiores effecti
optatam possitis victoriam constanter explere. Vestra siquidem salus nostra gloria
est et totiens regnum Italie proficere iudicatur quotiens de vobis leta
cognoscimus. Citharedum in arte sua doctum pariter destinavimus expetitum
qui ore manibusque consona voce cantando gloriam vestre potestatis
oblectet. Quem ideo fore credimus gratum quia vos eum iudicastis magnopere dirigendum.

Sequuntur tituli tercii libri

Alarico Regi Vesigothorum T. R. mittit

Gundibundo Regi Burgundionum Theo. R.

Epistola uniformis talis ad Curionum Regem Theodricus Rex

Ad Guarnorum Regem ad Toringorum Regem T. R.

Cluduin Regi Francorum T. R.

Importuno viro illustri patricio Theo. Rex

Senatui urbis Rome Theo. R.

Ianuario viro venerabili Episcopo Theod. Rex

Venantio viro Senatori Correctori Lucanie et Bruthiorum

Possessoribus defensoribus et curialibus estunis T. R.

Fausto viro illustri prefecto urbis Theodricus Rex

Senatui Romano T. R.

Gemmellio viro Senatori T. R.

Sabiniano viro venerabili Episcopo T. Rex

Theodohado viro Senatori

Agapito viro Senatori T. R.

Universis provincialibus Galliarum Theodricus R.

Gemello viro Senatori T. R.

Commonitoriu Danieli T. R.
Grimule Saioni et ferro tincto apparitoribz
Fausto viro Illustri T. R.
Archemidoro viro Illustri T. R.
Universis Barbaris et Romanis p Panonia
Simeoni viro Comiti T. R.
Euzimi viro Illustri Comiti T. R.
Johanni viro Senatori Consiliario Campanie
Cassiodoro viro Illustri Patricio Theo. R.
Artolito viro Illustri Prefecti urbis T. R.
Senatui urbis Rome Theodricus Rex
Gemello viro Senatori T. R.
Artolito viro Strenuissimo ac Illustri Theo. Rex
Massiliensibus Romulo Theodricus Rex
Agrigerno viro Illustri Comiti T. R.
Petro Epo Theo. Rex
Unandi T. R.
Felici T. R.

Universis provincialibz in Gallys constitut T. R.
Gemello viro Senatori Theodricus Rex
Universis provincialibus in Galligis constitut T. R.
Unigis Spartario T. R.
Universis possessoribz aralatesibus Theo. R.
Agrigerno viro Illustri Comiti T. R.
Adeadoto Theo. Rex
Fausto Preposito T. R.
Universis Gothis et Romanis circa Dirruci castellum consistentibus T. R.
Honoratis possessoribz Defensoribus et Curialibz T. R.
Cathemeris Civitat T. R.
Provincialibus Norithis T. R.
Fausto preposito T. R.
Consulari viro Illustri Theod. Rex
Apromano viro Illustri Theodricus Rex

Alarico Regi
Ut armis hostem suu no impetat. sed concordiam amplectatur

Quamvis fortitudini vestre confidentiam tribuat parentum vestrorum innumerabilis multitudo quamvis Atthilam potentem reminiscamini Visigotharum viribus inclinatum tamen quia populorum ferocia corda longa pace mollescunt cavete subito in aleam belli mittere quos constat tantis temporibus exercitia non habere. Terribilis est hominibus conflictus si non sit assiduus. Et ne sic presumatur coniectandi subito fiducia non habetur. Absit enim ut vobis aliquid indignatio ceca surripiat moderatio provida subiectas gentes servat. furor autem instantia plerumque precipitat et tunc utile solum est ad arma concurrere cum locum apud adversarium iusticia non potest invenire. Quapropter sustinete donec ad Francorum Regem legatos nostros dirigere valeamus ut litem vestram amicorum debeant amputare iudicia. inter duos enim nobis affinitate coniunctos non optamus aliquid tale fieri. Unde unum minorem contingit forsitan inveniri. Non vos parentum fusus sanguis inflammat non graviter urit occupata Provincia adhuc de verbis parva contentio est facillime transigitur. Si non per arma vestros animos irritetis. Obiciamus primum cognatio nostris concurrat eximias gentes. Iusticia tamen que Reges efficit offerimus fortiorem. Cito convertit animos qui contra se tales sentit armatos. Et ideo honorificentia salutationis prolata legatos nostros illum atque illum ad vos credimus esse dirigendos. Qui vobis et mandata nostra sufficienter insinuent. Et possint ad fratrem nostrum Gundibaldum vel alios Reges iuxta vestram voluntatem deproperent. Ne videamus eorum immissione laborare qui maligne gaudent alieno certamine. Obstant enim divina ut super vos iniquitas illa prevaleat. Commune malum vestrum iudicamus initium. Nam ille me dure sustinebit adversum qui vobis nititur esse contrarius

Gundibundo Regi Burgundionum
Ut unacum legatis ipsius laboret pro concordia inter Reges affinitate coniunctos

Grave malum est inter caras regiasque personas voluntates
sibimet vide contrarias et dissimulando spectare ut de uno
aliquid dolendum possit emergere Nostre sine invidia erit gratie
si nobis patientibus affinium clade dimicetur Habetis omnes pro me
pignora magne gratie non est unus ab alio segregatus Sit quid
in vobis delinquitur nostro gravi dolore peccatur Nostrum est re-
gios iuvenes obiecta ratione moderari quia illi vere nobis
se sentiunt displicere qui sua male ceperunt maliciam sine vo-
luntate retinere non possunt Verentur senes quamvis sint florida eta-
te ferventes Sciant nos adversarios esse contrarietatibus suis et
illud velle prosequi ne ab utrisque possit excedi Decet enim nos
aspera verba dicere ne affines nostri ad extremum debeant perve-
nire Et ideo illum et illum legatos ad fraternitatem tuam credidimus de-
stinandos ut si filio nostro Alarico visum fuit ad regem Francorum
ipsos cum vestris nobis gentibus dirigere debeatis Quatenus
que inter eos videtur amicis mediis rationabiliter abscidatur De-
cet enim tales tantosque reges non inter se lamentabiles rixas
querere ut de suis et nos possint casibus sauciare Quapropter
fraternitas vestra habito compassionis studio cum nostris iunctis
concordiam Quia nemo potest credere sine vestro voto illos ad tanta
prelia pervenisse nisi omnibus clareat ne ad conflictum veniat nostra
intervenisse etiam aliqua vobis a presentium gerulis verbo sermone
vobis commissimus intimanda ut sit prudentia vestra cuncta disponat
quemadmodum conveniunt deo iuvante perficere unde solet diligen-
tissime cogitare Epistola uniformis ad Herulorum
Regem et Thoringorum

Ut ad regem superbum legatos dirigat quatenus a bellando desistat

Superbia semper divinitati exosa persequi debet qualita-
tis assensu Nam qui vult opinabilem gentem
voluntaria iniquitate subdere non disponit ceteris
iusta servare Pessima consuetudo est despicere vitale Cre-
dit sibi omnia cedere si elatum contigerit in abhominabili crimine
superare Et ideo vos quos conscientie virtus erigit et consideratio
detestabilis presumptionis attendit legatos vestros unacum nostris et
fratris nostri Gundibaldi regis ad Francorum regem Ludowi-
cum destinate ut ante se de Visigothorum conflictu considera-
ta equitate suspendat et leges gentium querat aut omnium patiatur
incursum qui tantorum iudicium iudicat esse contempnendum

Quid enim ultra cui offertur absoluta iustitia. Dicam pla-
ne quod sentio. Qui sine lege vult agere cunctorum disponit re-
gna quassare. Sed melius sunt initia contentiosa reprimatur
assumptio ut sine labore compescatur cum quod etiam potuerat
esse singulorum. Recolite namque Henrici senioris affectum
quantis vos iuvit semper muneribus quotiens a vobis proxi-
marum gentium imminentia bella suspendit. Reddite filio eius
gratiam quia tamen agnoscitur vestris utilitatibus attributa. Nam
si tanto regno aliquis praevaluerit vos aggredi sine dubita-
tione praesumit. Quapropter excellentiam vestram epistolari sermone sa-
lutantes per legatos nostros illum et illum portitores. Per quos vobis
aliqua dicenda commisimus ut vos qui nostrum sequimini deo
iuvante dispositum vestro nobiscum complectimini assensu et foris
hoc agat ne in vestris provinciis dominari possit.

Luduwico Regi Francorum
Ut desistat a proposito bellandi

Deus inter Reges affinitatis iura divina talesque volue-
runt ut per eorum placabilem animum quies optata proveniat
populorum. Hoc enim sacrum est quod nulla commotione per-
mittitur violari. Nam quibus obsidibus habeatur fides si non
credatur affectibus. Sociantur proximitate domini ut nationes
divisae voluntatis debeant consimili gloriari et quasi per alveos
quosdam concordiae adunata se possint gentium vota coniungere.
Quae cum ita sint miramur animos vestros sic causis mediocri-
bus excitatos ut cum filio nostro Rege Alarico durissimum velitis
subire conflictum ut multi qui vos metuunt de vestra contentione
laetentur. Ambo estis summarum gentium reges ambo aetate
florentes. Non leviter regna vestra quassatis si data partibus
libertate confligitis. Virtus vestra patriae non fiat inopinata
calamitas quia grandis iniuria est Regum in causis le-
vibus gravis ruina populorum. Dicam libere dicam affectuose quod
sentio. Impatiens sensus est ad primam legationem arma protinus
commovere. Nec a parentibus quod quaeritur electis iudicibus
exponatur. Nam inter vos gratum est nobis tales viros dare
quos mediatores velitis accipere. Quid enim vos possit de vobis
existimare potius si intentiones vestras arbitris reliquisse
cognoscit. Absit ille conflictus ubi unum ex vobis dolere po-
terit inclinatum. Abicite ferrum qui in meum pugnare vultis
opprobrium. Iure patris vobis interminor et amantis. Ille

nos et animos nros patet ad vsos qui talia monita quo
vis opinantur crediderit esse temnenda. Quapropter ad excellen
tiam vestram illum et illum legatos nros magnopere credidimus
esse dirigendos. per quos etiam ad fratrem vestrum filium nostrum
Regem Alaricum scripta nra direximus, ut nullatenus inter
vos scandala seminet aliena malignitas sed in pace per
severantes, que sunt mediis amicis finire placabiliter
debeatis. per eos etiam et verbo vobis aliqua dicenda man
davimus. ut gentes que longa pace sub vestris floruerunt
parentibus subita non debeant concussione vastari. Illi
enim credere debetis. qui vestris utilitatibus arridere cognoscitis
Quoniam qui vult in precipites alterum casus mittere. eum certum
est fideliter non monere. Importuno Illustri patricio

Laudatur de patribus et predecessorum virtutibus

Si te aut Nobilitas sola decoraret. aut meri
torum tantum laude polleres Conferendas forsi
tan dignitates dilatione probabili libraremus.
ne inequa colligerent. cum simul omnia fulgerent.
Nunc autem cum te omnia facto agmine comitentur. nec desit
omnino quod predicatur in pluribus Convenit iustitie nre.
ut qui tu bona copiosa protuleris uberrime te repleat
munificentia principalis. Non enim crescendi tibi hic ordo
qui nullis est. Nam paulatim provehi mediocris probatum
esse virtutis. Sed uno modo agnoscitur. quod sub tarditate para
Saltu quodam se tendit tua prosperitas. sola quod a nobis prestito
queritur. cum nobiscum multa nascantur. Elaborate sunt enim lo
nga etate tui generis dignitates. que notissimo quodam habita
culo labores in tua familia posuerunt. Nam ut preterita secula tran
seamus. que affatim viros sunt visa proferre precipuos.
Decium radiare patris ac patrui decore conspicimus. qui non so
lum ornamentum familie sed ipsi decus Senatui prestitere
Decorabant seculis moribus ornabant antiquam bonitatem pre
diti constantia gloriosi in amicitia prompti. ad odia simu
landi difficiles. Ita quod maxime felicitatis est genus. cum
multe probarentur esse potentie. invidiam illos persequen
tium contingit non habere. Pendebant enim communiter
anxia vota civitatis crescentes supra privatos publicas cur
curas. Senatus animus eorum sequebatur turba propositum. Et
nec erat Rome velle quod timeri poterat optare
viro quod prosperitate videri firmum tamen eos custodiebat arbitrium

voluntas vaga plorum. Quod inter ceteras dignitates munus
iudicavimus esse precipuum. Nam si pauciorum amor iuste amatos
dat gloriam, tante civitatis affectus quod potest habere premium.
Pro inde sicut omnia ingrata videntur obscura, sic generaliter probata
dilecta sunt. Tot ergo parentum laude decorus, tuorum etiam
morum luce perspicuus, summe post consulares fastus emeri-
tos patriciatus insignia, tiaram munus plenarium dignitatum.
Et eam honoris insulis adultam tinge cesariam qui
maiorum laude etatis prudentia superasti. Cur enim evenerunt
tarde premia, cui tot generis suffragabantur exempla.
Eligitur quippe in te nascendi laus adimendi gloriam. Et
cum multa trahas ab antiquis, meruisti plura de proprys
ab ipso quasi vite principio, quod inter adulantium greges
varium solet esse, nobilibus studuisti virtutibus fidem exhibere.
Atque adeo instituti tui firma vestigium, ut qui plenius
gloriam consecutus es, florentibus annis gloriosis honoribus auge-
aris. Inspice demum, quanta tuorum laude propria decoretur.
Durius genus est non te fecisse quod sanum est, de matura
quippe tua multo meliora debent venire, qui in etate
tenera te fecisse novimus predicanda. Considera enim nec
tui generis institutum, ut nostrum tibi te crasse posse iudicium.

Senatori urbis Rome
laudando de patris meritis et
litterarum peritia

Gratum quidem nobis est patres conscripti personas novas
ad honorum celsa perducere, delectat peregrini germinis
viro gremio libertatis inserere, ut variis frondescat se-
natus aula virtutibus. Ornat enim talis multitudo conventum
et letam reddit faciem publicam honorata frequentia. Sed multo nobis
probatur acceptius, quotiens dignitatibus reddimus, qui de ipsa
curie claritate nascuntur. Causa non sunt de vobis examina nostra
sollicita. Sufficit dignitati bona sufficienter, qui iuxta eum luce
prestat. Origo ipsa iam gloria est, laus nobilitati connascitur.
Idem vobis est dignitatis quod vite principium. Senatus
enim honorum amplissimus, vobiscum gignuntur ad que vix ma-
turis etatibus pervenitur. Hoc licet de vobis omnibus veraciter
dicitemus, ut ordinis genium complectatur gratia senatorum
maxime. Bemitur ut luminibus dectiorum sanguinis irradiat
qui tot annis continuis summe splendet claritate virtutis. Et
omnis rarum sit gloria, tamen nec agnoscitur in tam longo ste-
mmate variata. Secularis sinus producit nobilibus vena premaios

Nescit inde aliquid nasci mediocre, tot probati quos genuit. Et
quod difficile provenit, electa frequentia. Sic pullulat ex uno ger-
mine quadrifarium decus, orbis exemplum, honor civium, gloria
generis, senatus augmentum. Cui cum minus fulgeat communio-
ne victorum iuvenes, tamen que possis laudare de singulis. Respiciate
iste iuvenem, et si per forme gratiam, mentis tamen pulcritudine
plus placentem. Refert facie sanguinis decus, proditur animi
natura per vultum et serenitate corporis ~~nulla~~ nubila queque
mentis abstergit. Verum hec nature bona litterarum decorant
insignia, ut potens imaginarium actuum disertus mentis pene-
tralibus plus lucet. In libris veterum Decios cognovit an-
tiquos nobilemque progeniem gloriose mortis busto vincentes.
O felicissimum profecto studiorum laborem, cui proprium carmen
contigit discere per parentes et de avita laude primordia
teneri pectoris erudire. Libet referre quam magno tunc
spectaculo totius Grecie in eum conferebatur aspectus. Cum eum
audiret parentum illa mox intendebat hederas querens, ut que
auctore cognoverat dicere, per hunc posset similitudines ap-
probare. Nam sic indigna posteritas laudes antiqui ge-
neris abnegat, ita preclara de patribus egregie dicta co-
firmat. Creditum est de his omne quod legitur. Sed proxima
veterum prius docuit vera virtutum. In auditorii officina in-
geniorum flamma recalescente hos quos formabat exemplis, sed
domesticas feliciores producebat imperiis. Subtracto enim
solatio maritali onus regendi mater gloriosa suscepit. Eam
nec ampla patrimonii cura nec tot filiorum potuit turbare cu-
stodia. Aluit alimentis, auxit patrimoniis, ornavit mori-
bus. Et quot edidit familie iuvenes, tot reddidit curie con-
sulares. Hec igitur estimator morum noster sensus inspexit,
qui etiam bonum domestice utilitatis inquirit, ut inde fucata lau-
dis publica debeant ornamenta largiri. Et ideo patres con-
scripti illustri et magnifico viro Importuno patriciatus culmine
indulsimus, ut vester cetus sicut pullulat sorte nascendi,
ita et fastibus possit augeri. Impendite parenti gratiam
adunate simul. Vera est indoles quam probamus. Habet etiam
quod nobis ingeniosi laude tribuatis, si amore necessi-
tudinum publicum faciatis esse iudicium. Et quod pro nature ca-
ritate dependitur, collatum nostris iussionibus estimetur.

Januario viro venerabili episcopo
Ut solvat debita contracta pro luminaribus

Omnes quidem iustitiam colere et observare praecipimus sed
eos maxime qui divinis honoribus eriguntur ut superne
gratie fiant proximi dum a terrena sint cupiditate longinqui.
Iohannes itaque flebili nos allegatione pulsavit quantitatem vestram
a se sexaginta orcas olei ad implenda luminaria suscepisse.
quarum pretium sibi postulat oportere restitui. Bonum quidem votum
si tamen ibi non aliquid insideat adversum. Nam licet ubique debeat
iustitiam custodiri in illis rebus maxime necessaria est que
divinis obtutibus offeruntur. Ne pietatem numinis ignorare decet unde
accipiat si fraudatis oblationibus adquiescat. Et ideo si
veram querimoniam cognoscitis supplicantis consideratione iustitie
quam sancta lege servatis facite que iura iubent sine tardi-
tate restitui. Nec ulterius ingemiscat illata sibi fuisse per
vos dispendia quos decet potius prestare humanitatem. Quapropter
studete ut qui non soletis pro magnis rebus excedere non vi-
deamini quodammodo in parvitate peccare.

Venantio viro senatori correctori Lucanie et Brutiorum ut exquirat pecunias publicas ne cogatur eas solvere pro proprio

Iustitie ratio persuadet ab uno quoque postulari quod
ei constat iniungi et pecunias publicas instanter que-
rere. Ne debitorem neglectus debeat ingravare. Nam si
remissio in admonitionibus venerit cunctos necesse est conten-
tionibus involvat et quodammodo nascitur crudelitas de pietate
si que neglegitur admonere postea cogitur exigere. Utilius est ergo cura
ponere quando et occasio subtrahitur delicti et votum non desti-
tuitur. Quapropter illustris viri comitis sacrarum largitionum sugge-
stione comperimus Venanti tibi secundum morem veterem exac-
tionem binorum et trinorum fuisse delegatam. Unde te presentibus
commonemus affatibus ut secundum canonicam fidem tua debeat
constituta complere. Ne quicquid dispendii assis publicus
sustinuerit de proprio tu solvere cogaris a quo nec tante iussioni
est habita reverentia nec fides sic promissionis impleta

Possessoribus defensoribus et curialibus ut columnas antiquas dudum sine decore iacentes restituant

Propositi quidem nostri est nova construere sed am-
plius vetusta servare quia non minorem laudem
de inventis quam de rebus possumus adquirere custoditis.
Proinde moderna sine priorum imminutione desideramus erigere

Quicquid enim per aliquem venit incommodum nec iustitie id pro-
batur acceptum. In municipio itaque vestro sine usu iacere comperimus
columpnas et lapides vetustate demollitos invidia. Et quia
in decore iacentia servare nil proficit, ad ornatum debent
surgere redivivum, antequam dolorem indicare valeat ex memo-
ria precedentium seculorum. Atque ideo presenti auctoritate decernimus
ut si vera est fides suggerentium nec aliquid publico usui or-
natui probatur accommodum, supramemoratas platonias vel
columpnas ad Ravennatem civitatem contractas modis omnibus
dirigentes, ut collapsis metallis obliterata facies reddatur
operum de arte pulcherrima, et que sunt ~~tu~~ situ fuerant obscura
antiqui nitoris possint recipere qualitatem

Fausto viro illustri patricio
Ut marmora de quadam domo deposita deducant de civitate

Decet prudentiam vestram in augendis fabricis regali-
bus obtemperare dispositis. Quia nobilissimi civis
est augmenta sue patrie cogitare. Maxime cum sit
studii nostri illa decernere quibus cunctos notum est sine suis
dispendiis obedire. Atque ideo admonitione presenti tue magnitudini
declaramus ut marmora que de domo Pinciana constat
esse deposita ad Ravennatem urbem per cathabolenses
vestra ordinatione dirigantur. Subvectum vero direximus
deputari ne aut mora nostris ordinationibus proveniret aut
calvatores aliqua detrimenta sentirent

Argolico viro illustri
Concedit dignitatem prefecture

Optamus cunctis rem plenam beneficiis nostris extruere,
optimo ubique prestita nostra vacare, quia in eo
vivit quod munificentia principalis indulsit. Nam
enim tam regium est fecisse felicem et conservare prosperum quo se
crescens stupeat attigisse. Consueta siquidem sunt que regna
sublimant et liberalitas dominantis viget cum crescit si sibi sub-
iectos studeat ampliare. Hoc mansuetudinis nostre ipsos proposito
tibi qui non qualitate sed patrio fovemus affectu. Per
indictionem quartam prefecture urbane infulas copiosa liberalitate
largimur ut patriis honoribus successio clara letetur et sibi no-
bis possit proficere quicquid meruit ad vera secula prime.
Circumspice itaque quam magnum sit primordiis tuis Ethanam Ro-
mam potuisse committi, ut in zelo amplissimo tecum iudicis
videaris eminere suggestu. Stude ergo ut a maioribus tuis exigere

possis quod nos comparatissime cognovistis. Avaritiam fuge, iusta sectare,
modesta dilige, ebrietatem contempne. Quid erit splendidius quam
in illa turba senatorum nobile protulisse iudicium, ubi tot patr-
iciorum corda provocantur ad gratiam, ubi bonum factum celebratur
ore sapientum. Nihil laude maiore vivis agitur, quam si re-
cte Roma tractetur. Quas divitias censemus aptiores
quam in oculis Senatus conscientie preciosam gerere puritatem.
Et ante ipsum libertatis gremium nullis viciis esse captivum. Vi-
demus relictam fastes qua gloriam censeantur. Urbanus
presul dignitatis est honorum. Non patitur claritas illa
committere quod possit nobilis turba reprehendere. Collocatus in me-
dio cunctorum ad se trahit aspectum et totius vite iu-
dicium provolgat fama populorum. Hic te et animo contemperare
et rebus evidentibus explicare credibile apud nos faciant
studia literarum. Tibi cognovimus omne quod detrahat. Et ad
cursum vite gloriose animum doctorum numerum institucione formasti.
Refugiat ergo doctrina delictum. Indocilis est animi ad vitia
trahi. Edificatus libris locum non relinquat iniuriis. Ubi
in teneris annis acquiritur quod matura etate servetur,
ad tramitem recti hortentur te tuorum facta seniorum. Admo-
neat lectiones auctoritas. Deinde iudicium nostri electio gloriosa,
ut maiora de nobis sumere possis, cum te ea que commisimus
implere cognoverimus.

Senatui Urbis Rome

Super eodem laudando eum cui concessit prefecture urbane dignitatem

Amamus patres conscripti dignitates eximias de nostra be-
nignitate nascentes. Publici enim decoris mater est mens
regentis, et quale fuit dominantis arbitrium, talem parit
libertatis aspectum. Affabilius est quippe si dicere phas est errare naturam
quam dissimilem sui possit princeps formare rempublicam. Hinc
est quod cupimus ut pretius honoribus fulgeat. Prima queque
de urbe fama loquitur. Nostris institutionibus applicatur. Nam
cum omnia celsa mentem nostram invidia tangit, si quid fortasse
nobis defuerit. Proinde quos felicibus sanctiatur auspiciis ce-
lsitudinis Argolicum prefecture urbane dignitate promovemus, ut
et ille augeat fascibus et nobis tanti iudicii numine sublimatur
ornatus. Etatis enim sepe ex hac familia viros enituisse pre-
cipuos. Recordamini perfecti animi patrum Senatus honore ditatum
cuius innoxiam facundiam fora mirata sunt. Studuit vero
cum abundaret eloquio, sciens se dicendi peritum debere esse puritate

conspicuum nostris meruit ad honorum celsa perductus largitiones
sacras protexit fida custodia implens etiam doctrina quam su-
sceperat magisterii dignitatem. Ita in utroque laudatus ut in sin-
gulis crederetur esse precipuus. Accedit etiam proventi nobilissimus
pater qui comitivae privatarum infulas nullius acerbitate ca-
lumniae profanavit. Qui affectans famae commoda pecuniae ne-
glexit augmenta. Et quos variarum virtutum exemplum est huius egit
temporibus continentem quibus tamen avaritia non habebat
principis enim propositum facit aut neglegentes iudices aut amato-
res. Tot ergo originis documenta primitus credimus bona
de nobili quia laudabilis vena servat originem et fideliter
posteris tradit. Quae in se gloriosa successione promeruit
consuetudine ergo patres conscripti vestris dignitatibus consecrato
ut ad maiora virtutum assiduitatem concitaretur quem nos nimis
provocavimus exemplis

Senebaldo viro senatori

Eum qui longo tempore laboravit in servicio facit iudicem quarumdam provinciarum

Laborum tuorum longa servitia et exploratae fidei
multa documenta hoc nobis iudicium tradiderunt
ut qui tuos annos moderatus es nunc alienis mori-
bus praesideas et praestes provinciae disciplinam qui privatus
amator continentiae. Is enim potest alios bene regere qui se stu-
duit sub equitatis decore tractare. Samnitarum itaque suppli-
catione permoti hoc remedio laborantibus credimus subveniendum
si spectabilitatem tuam iubemus ad finienda iurgia proficisci.
Unde nunc enitere ut tam bono iudicio laudabili respondeas
instituto apud quem te nostris sobrie mandatis qui hactenus semper
sententiam placuisti. Intra provinciam itaque Samnii si quod ne-
gotium Romano cum Gothis est aut Gotho emerserit ali-
quod cum Romanis legum consideratione diffinies ut pro-
mittimus districto iure vivere quos uno voto volumus
vindicare. Conscribis ergo in commune quae sunt acta iustitiae
arma nesciat personas respicere qui mercem cogitat equitatem

Aurigerni viro venerabili episcopo

Ut corrigat excessus eorum qui res et uxorem cuiusdam pervaserunt

Quamvis iudicio vestro credamus omnia facienda displicere

maxime a vobis considimus observandum, quod matrimonii ... vialis impugnat affectum. Sub cuius criminis a contunctibus atripitur, quod etiam lex cum detestatione damnat. Julianus itaque nobis lacrimabili additione conquestus est, uxorem suam ... res a vestris hominibus iniusta usurpatione praesas. Unde si veram esse petitionem supplicantis agnoscitis, ... absolvant, in actorem facti sine tarditate aliqua ... restitutione ... et remediabile bonum est in peccatis accelerata correctio.

Theodoro viro sublimi / tristes letificet

Quendam ... prefectorum mittit in Gallias nuper Romanis subiugatas hortando in bonitate et iustitia ut ... //

Iniuria quidem nostra est lesa iustitia, quia violationes earum ... ad nos trahimus quas amamus. Unde illud maxime inultum esse non patimur, quod in contemptum nostre iussionis constat admissum. ... enim presumptio plectenda non audeat, si ... iussio sententia condemnatur. ... quae ... ad viri illustri Senonis ... detrimentum ... subtraxit, examini ... committimus audiendum, ut sine ... nostro ... plectabili dilatato ... itaque audientie curam, ut iustitie vos testetur opinio, qui pro remedio ... vobis committitur ambigua negotiorum.

Geneslo viro Senatori

Ut iudicio suo quendam examinet et finem iurgiis imponant, qui alias inveterata calliditate se a iudicio subtrahit

Firmum est iudicium cum tenetur exemplum, nec locus ambiguitati relinquitur, ubi exempla probabilia suffragantur. Exploravimus effectum tuum per diversos industrie gradibus, sed non impare meruisti gratiam, variis actionibus equaliter approbatus. Interest ... Gallias nobis ... subiugatas victoriarum ... prefectorum nostra mittit auctoritas. Unde perinde qualia ... te victuri ... habere iudicia quid ad illos ... mittere corrigendos, quos nostris laudibus specialiter credimus adquisitos

Cara e Principi gloria et necesse est de illis amplius esse sollicitum unde sibi triumphorum venisse sentit augmentum Age igitur emendata si tempus in te prosiste urna Iudicia turbulenta non amet avara declina ut talem se iudicante provincia fessa suscipiet qualem Romanum principem transmisisse cognoscat desiderat viros egregios coacta cladibus suis esse ut correcta fuisse delectet Nichil tale sentiat quale patiebatur Roma querens abscedit omnis de calamitate tristitia Generetur tandem nubilus vultus Nam illa gaudere convenit cum ad sua vota pervenit

Universis provincialibus Galliarum
Ut recipiat Vicarium prefectorum et pareant ei

Libenter parendum est Romane consuetudini cui estis post longa tempora restituti Quia gratum ibi regressus est ubi provectum vestros habuisse constat maiores atque ideo in antiquam libertatem deo praestante revocati vestimini moribus togatis exuite barbariem abiicite mentium crudelitatem Quia sub equitate nostri temporis non vos decet vivere moribus alienis Proinde de necessitatibus vestris innata nobis mansuetudine cogitantes quod feliciter dictum sit spectabilem virum Gemellum vicarium prefectorum fide nobis et industria comprobatum ad componendum provincias credidimus dirigendum Speramus in nullo eum posse delinquere qui nobis pertractus graviter intelligit displicere Cuius pro ordinationibus eius quod nostris iussionibus obedite quia credimus eum vobis profutura decernere Respicite paulatim vestros mores non sit novitas molesta que proba est Quid enim potest esse felicius quam homines de solis legibus confidere et casus reliquos non timere Iura publica certissima sunt humane vite solatia infirmorum auxilia potentium frena clinate unde et securitas venit et conscientia prosilit Gentilitas enim vivit ad libitum ubi magis morte recipit propriam qui potest habere quod placeat Vos iam securi ostentate divitias pariterum bona longo situ recondita proferantur in lucem Quia tantum quis nobilior erit quanto et moribus probatus et luculenta facultate resplenderit Ideo eum vobis vicarium prefecture direximus ut cum tanta dignitate

et turgere videamur. Regula destinasse. Et fruimini quo
tantum alias gaudebatis. et intelligite homines non tam cor-
porea vi quam ratione proferri, que illos merito provocat ueste
qui possunt aliis iusta prestare. Gemello viro senatori

Ut cuncti qui spretis hostibus repatriavit Romanorum possessiones pristine restituantur

Mereantur bona qui nostram visi sunt elegisse clementiam
ut eos veraciter iudicasse per augmenta propria possimus
ostendere. quod si talibus publica debet prospici largi-
tate, quanto magis eos sua dignum est possidere, quos
commune nimis probatur esse iustitie. Spectabilis itaque magnus
hostium commixtione damnata, quo natus est remittens ad Ro-
manum repatriavit imperium, quo absentia contigisse dicatur
ut eius potuisset perire substantia. atque ideo presenti iussione sancimus
quae tam in agris quam in mancipiis urbanis ac rusticis ut quae
sibi competens quolibet modo nunc amissa poterit comprobare
sine aliqua recipiat tarditate. Retinens ex nostra auctoritate
dominii ius omne quod habuit, nec questionem cum de rebus
sibi antiqua possessione competentibus volumus sustinere
cui propositi nostri est etiam nova prestare.

Commonitorium Danieli

Ut ordinate sua dispensentur arche marmoree pro sepeliendis funeribus mortuorum

Decet ut pallacio nostro servientibus iustis commodis con-
sulamus, quia fructuosus esse debet publicus labor, ut
quibus nobis obsequia gratuita iure debeantur servitia,
tamen per moderata compendia provocamus. Et ideo arti tue
quam delectati, qua in excavandis atque ornandis marmoribus
diligenter exerces, presenti auctoritate concedimus, ut te rationabiliter
ordinante dispensentur arche, que in Ravennati urbe ad recondenda
funera distrahuntur, quarum beneficio humata cadavera pro
consolatione sunt lugentium. scilicet quibus ante tantum de nostra con-
versatione discedunt. Corpora vocem dulces quondam superstites
non relinquunt. Hinc quibus [illegible] dolores ad pactum. et mi-
serabili sorte votorum crescit cineratantibus de humana morte
compendium [illegible] ut ne sit cupiditas ab hac occasione
taxata, ne cogantur [illegible] acerba luctum causa plorare

dispendia facultatum et nephanda devocione constricti aut urgeant
matrimonia pro mortuis perdere, aut dilecta corpora vilissimis
foveis potius dolentes abicere. Sit modus in voluntate postea
tum qui ipsa miseratio promerentibus facit. Nam minus debet
ledi, cui amplius pro pietate officio videtur imponi.

Grimode saioni et Ferro viris apparitoribus
Ut cuidam reddantur sua quae prefectus ingravavit

Inter gloriosas Reipublice curas, quas pietate cogitacione
adauxiliante revolvimus, grande nostro est levamen
humilium, ut contra potenciam superborum nostre pietatis
opponatur obstaculum, nec liceat cuiquam apud nos
audacie, cum est presumpti superba calcare. Castorii igitur flebili
calamitate permoti, quem exicialis hactenus subiectum pressit in-
vidia, occasionem providimus salutaribus institutis, ut plus
valeret nostre pietatis auxilium, quam umquam calliditas impro-
borum. Atque ideo presenti auctoritate decernimus, ut si prefectus vir
magnificus Faustus ea que Castorius possidebat, vel pu-
blicis titulis ingravavit, vel privata usurpacione detinuit,
mox ei predium ab alio eiusdem meriti nobis immunitatibus
ammoto prestacionis reddatur, ut crudelibus dampnis af-
flicto pietatis nostre remedio consulamus. Si quis autem in hac
presumpcione medius invenitur, ut ad ea que iussa sunt
idoneus nequeat reperiri, ad nos deducatur vinculis illigatus,
ut pena possit satisfieri, cum facinoris facultas non sufficiat
ultioni. Tali igitur constitucione tam inique presumptionis impetus
conquiescat, ne non tam Castorium quam nostrum potius presum-
psisse videatur. Cruoris post hac occasione qualibet sepe memoratum
Castorium nocere ille artifex noxe temptaverit, quinquaginta librarum
auri multa protinus feriatur, sitque maior cruciatibus pena
respicere illesum, quem videre desideravit afflictum. En factum
quod cunctos protinus temperet ac corrigat potentes pretorii
prefectus. Beatum non est in humili lesione premissum. Et cum
a nobis assurgitur, officiendi potestas miseris abrogatur. Hinc
omnes intelligant quo delectemur equitatis amore, ut et po-
tentiam iudicum nostrorum velimus minuere, quatenus bona con-
sciencie possimus augere.

Fausto viro illustri
Ut indulgetur licencia secedendi ad provinciam
et iterum redeundi Romam

Humane consuetudinis est ut vacata plus capiant
Et quicquid in usu habeant eximia fastidium possit omne
quos satiet Proinde satis membus iugiter immoratum
disponende utilitatis proprie causa indutias tibi postulas debere
concedi, ne quod te habitatore tam clara pereat. sed quo dulcior
fiat renovata congressio atque nobis illustri Magnitudini tue
secedendi ad provinciam quatuor mensium indutias pietas no
stra largitur Ita ut expletis eisdem ad penates proprios redire
festines, quatenus habitatore Romana quam multiplici volumine
decusare convenit, subtractis incolis careat opinatissima no
rare stat hoc etiam et vobis iudicamus aptissimum, quod Sena
tor Romanus possit dolere tardatum, ubi illa gratia pare
tum. ubi tanta menium possit respici pulcritudo. Miraculi
genus est absentem sibi Roma diutius facere qui in ea pos
sunt constitutis laribus habitare:

Arthimedoro viro illustri
Ut veniat ad presenciam Regis et secum demoretur

Congruit Comitatui nostro viris nos decorare nobili
bus ut et illorum expleatur votum et obsequium nostrum
decentius ornet merita personarum Proinde Magni
tudinem tuam ad conspectus nostros quos tibi non ambigimus
esse gratissimos his oraculis evocamus, ut qui longa
nobiscum etate conversatus es presentie nostre dulcedine capiaris
et festinat enim ad principem qui vel solum potest videre preciosum
Nam quilibet habere nostra colloquia munera credit esse divina
Quapropter non tardamus desiderium tuum optamus aspectum.
Venire te gaudentes credimus quem alacriter sustinemus

Collosio viro illustri
Sirmiensem Pannoniam committit regendam armis protegendam

Iuvat probatis ornanda mandare Bigrande et de
talibus iudicium gaudet eligentis Et eorum est secunda
substantia que committitur approbat Nam ut optimum
esse qui placeat. ita curamus ut qui placuit enite
stat, Proinde prosperis initiatis auspiciis ad Sirmiensem
Pannoniam quondam sedem Gottorum profisciscere illustris
Cinguli dignitate precinctus, commissam quoque tibi provinciam
armis protege iure compone. ut antiquos defensores

recipere leta possit que se nostris cognoscit partibus feliciter
paruisse. Nosti quam te nobis sinceritate commendes, sola tibi
placendi via est si que gerimus imitteris. Equitati fave
innocentiam animi defende virtute Ut inter nacionum consue-
tudines perversas Gottorum possis demonstrare iusticiam, qui
sic semper fuerunt in laudum medio constituti, ut et Roma-
norum prudentiam caperent et virtutem gencium possiderent. Roma-
ne consuetudinis abhominare molimina ubi ibi potius
non armis causa tractetur. Non sit quietum negocium per-
dere tamquam perire. Abiurator alieni furtum non quia reddat
Ne plus cingulis intentus rapiat qui bella consummat Sen-
ciant in hostes erigant non parentes Et ne que forte ad mor-
tem videatur deputare paupertas, redde pro talibus gloriosum
plane dampnum, lecturus a nobis operis uberrimum fructum
si tale ibi poteris plantare propositum Et nostre de iudicis
aliquid si dispendium iudex subeat, ut vitam periturus acqui-
rat Exuatur consuetudo nostra feris moribus inseratur
donec truculentus animus velle vivere consuescat

Universis Barbaris et Romanis per Pannoniam
Eiusdem provincie provincialibus super eodem
Et ut tali Rectori obediant

Institutum suum providencia nostra non deserit, cum subiectis
semper eminencia profutura disponit, ut ad maiorem
devocionem se conservant qui sibi curam nos habuis-
se cognoscunt Unde est quod Collosio viro Illustri no-
mine viribus quoque potenti gubernacionem vestram defensionem quoque com-
misimus, ut qui sub nobis multa dedit hactenus experimenta virtutis
augeatur potius in futurum. Atque ideo paciencia vestra sepius
approbata nunc quoque eidem presenti monstrate, quatenus in his
que pro Regni nostri utilitate racionabiliter agenda preceperit
devocione probabili compleantur, quia fidem constituta probat
et ulle integritate proprie asserit mentis, qui in iugibus
persistat obsequiis Illud preterea vos crebris ammonicionibus, ut
non in vos, sed in hostes sentire viribus cupiatis Res par-
va non vos ducat ad extrema discrimina, Adquiescite iusti-
cie qua mundus letatur Cur ad monomachiam recurritis
qui venalem iudicem non habetis. Pessime contra pa-
rentes erigitis brachium, pro quibus constat gloriose moriendum
Quid opus est homini lingua, si causam manus agit armata

Aut unde pax esse creditur si sub civilitate pugnetur Imitamini certe Gottos nostros qui foris prelia intus noverunt exercere modestiam Sic vos volumus vivere quemadmodum parentes vestros cernitis prosperante domino floruisse

Simeoni viro Comiti

Committit officium Siliquatici ut damna publica explorando inferat ea ad erarium

Amamus publicis actionibus personas inserere morum probitate conspicuas ut per obsequia fidelium nobis crescat utilitatis augmentum Proinde sinceritatis animi tui et preclara tua documenta cognoscentes Siliquatici titulum quem fide dominatus nostri iure servamus ad decursionem indictionis prime secunde et tertie per provinciam Dalmatiarum ordinatum tibi nostra committit auctoritas ut quolibet fraudis vestigio damnum publicum te faciat explorare comperto procul dubio nostris erariis inferatur Crimina non tam punire querimus quam mores subiectorum deprehendere festinamus Preterea ferrarias per predicte Dalmatie territoria te volumus inquirere ubi auxiliante deo vigore ferri perduxit arena mollities et igne decoquitur ut in duritiam transferatur Hinc auxiliante deo patrie defensio venit hinc agrorum utilitas reperitur et in usus humane vite multiplici commoditate porrigitur Auro ipso imperat et servire cogit locupletes pauperibus constanti armatis Convenit itaque hanc speciem diligenti indagatione rimari per quam et nobis gignuntur lucra et hostibus procurantur exitia Esto ergo de antefata discussione sollicitus et in publicis utilitatibus temperatus ut nostrum mirabile compendium crescendi tibi procuratio possit augmentum

Viro Illustri Comiti — Rex

Supradictum officialem Siliquatici sibi recommendat

Quamvis prudentie tue sit utilitati publice deputatum ferre presidium tunc ammonitio nostra se cumulat ut securius fiat ubi se reverentia nostre preceptionis accommodat Simeonem itaque virum clarissimum cuius fides olim nobis est cognita et devoto comprobata ad ordinationem Siliquatici usum ferrariarum ad provinciam Dalmatiarum nostra ordinatione direximus Cui iure necessaria expetita solatia ut sublimitas tua nobis commendatior fiat tuis actibus se publice probere festinat

Johanni Senatori Consiliario Campanie

Recipit institutionem suam ne cum potentia prefecti persequatur

Propositum est pietatis regie locum in iniustis odiis
amputare et potestatis armate supercilium cohibere. reuerentia
dissensioni infesta est siquidem cuilibet superioribus offen-
sa tuum ad laudem trahitur, si conditio de mediocribus ad-
quiratur. Proinde diu uaria presumptione iactatus ad pietat-
is remedia non irrite conuolasti, asserens eminentissimam
prefecturam tibimet esse terrori, ne priuata in te seuiarentur
odia per publicam disciplinam. Ed nos qui deuotas dig-
nitates iustitie parare cupimus, non dolori, contra illicitas
presumptiones nostra te tuitione uallamus, ut regie maiestati
obiectum feruentium furor amorum in suis cautibus eliditur, et
de se magis speciales sumat uictoria. sed cohibentur iniuria
tamdiu cum iudex dictat quietum et iustitie putatur, quia nomine
quod ab equitate sumitur, presumptio non tenetur. Restat igitur
ut assumptum impleas consularitatis officium, et te utilitatibus
publicis, quas tuos egisse constitit decessores, sedulus ac de-
uotus impendas. Quantoque a nobis protegeris, tanto non
desine parere fessiones. Nam si gaudio presideris ex electione
tua, perfectos priorum remotos esse cognoscas. quia sub illo esse
iudicaris, quo te male agentem passurum esse cognoscis.

Cassiodoro viro illustri patricio

Muniat eum voca. ad suum obsequium

Gratus nobis est semper aspectus qui nostris
animis gloriosis actionibus insederit, quoniam perpetuum
obsidem dederunt amoris sui, qui apud nos probati
sunt studere virtuti. Proinde magnitudinem tuam gloriosam nobis fidei
probatam ad comitatum nostris presentibus euocamus. Ut et orna-
tus de te regalibus crescat obsequiis, et tu nostris conspe-
ctibus augearis. Decuit enim te etiam requiri, qui nostra
feceras eximie tempore priori. Ornasti de conscientie integritate
palacia, dedisti populis altam quietem. Hinc omnibus factus notior
et qui te noluit, rectum te in potestate cognouit. Petitum autem
tribunalibus te iudicem sine damni aliquo terrore uiderunt.
Preciosior factus timet, quia nullo premio uendebaris. Quis
talem non desideret uidere, cui nos publice testatur gratiam retri-
buisse. Nam qui alterius tempore conati sumus te esse pallatio

teste laudamus. tende gradus. accelera festinus adventum alacrem
venies conveniat qui se a principe sustineri posse cognoscit

Argolico viro illustri
Recomendando quendam mittit in Roma

Quis nesciat nostrum esse commodum supplicantium ad questum
et illud bonis principibus crescere quod benigna possunt
largitate praestare. Haec sunt enim dona regia, quae semina
sparsa in segete coalescunt, in unum coacta perimunt. Capitaneo ge-
munera simul collata sunt, ut possit ubique nostra beneficia
cumulare. Atque viri illustris et magnifici patricii Paulini au-
ctore supplicatione accepta, quae habentur in subditis orrea lon-
gi temporis vetustate destructa. quibus cotidie illud sonata
bulum desipit antiquitatis. Si nunc usui publico minime necessaria
esse probantur, aut iuvant. Sit aliqua ibidem est spes, quae ad
fiscum pertinet aggregata. Praefato viro cum omnibus ad se pertineti-
bus absoluta liberalitate concedimus, ut construendi et ad posteros
transmittendi assumpta licentia suis utilitatibus perpetua disponat.
Ruina confert magis reipublicae munus, qui sumptus diruta
maluerit suscipere reparanda. Sunt ea posita in urbe, ubi cuncta
dignum constructa relinquere, ne inter tot decora merito defor-
mis appareat ruina saxorum. In aliis quippe civitatibus mi-
nora sustinentur. Sunt ea loco nec mediocre aliquod
spatium, quae cunctis principali ore laudatur.

Argolico viro illustri prefecto Romano
Donat antiqua diruta orrea ut alia sibi reparet

Romanae civitatis cura nostris sensibus semper invi-
gilat. Quid est enim dignius quod tractare debeamus,
quam eius reparationem erigere, qua ornatum constat nostrae
reipublicae continere. Proinde illustris sublimitas tua
spectabilem virum Johannem nos direxisse cognoscat, pro
splendidas Romanae cloacas civitatis, quae tantum visenti-
bus conferunt stuporem, ut aliarum civitatum possint miracula
superare. Videas illic fluvios quasi montibus concavis clau-
sos per ingentia saxa decurrere. Videas structis navibus per
aquas rapidas non minima sollicitudine navigari, ne praeci-
pitatus torrens marina possit naufragia sustinere. Hinc
Roma singularis quanta in te sit potest colligi multitudo. Quae enim

urbium. audeat tuus cumulis contendere, quid ut una tua prius
similitudine reperire. Et ideo supradicto Iohanni officii vestri
solatia vos praebere censemus, quoniam ordinationes nostras
publicitus volumus implere praesumas, privatas manus amo-
ventes, que aviditatibus inserguntur illicite.

Senatui Urbis Rome

Ut quidam qui aquam molarum et ortorum irri-gandorum ad suam possessionem deduxerat

Quamvis universe reipublice nostre infatigabilem curam
desideremus impendere, et deo favente ad statum stu-
deamus cuncta pristinum revocari, Rome tamen Romane
civitatis sollicitiora nos augmenta constringunt, ubi
quicquid decoris impenditur generalibus gaudiis exhibetur. Per-
venit itaque ad nostram conscientiam suggestione multorum, que
prius non potuit dissimulare commissa, plura in predicta urbe
Romane detestabiles presumptores assumere. Et cui nos summum
desideramus studium adhibere, dolemus patiatur iniustum. Quapropter
ordinationes nostras ad vestram facimus notitiam pervenire, quibus
amplius credimus civitatis nostre dispendia displicere. Dicitur er-
go comodi causa privati aquam formarum, quam summo debet studio
seu desiderio communiri, et aque molas exercendas vel ortos ir-
rigandos fuisse derivatam. Turpe hoc et miserabile in urbe illa
fieri, quod per quosvis vix debet assumi. Et quia non possumus
admissi qualitate culpa dura corrigere, ne dum fabricis pro-
desse volumus, legum culmina destruamus. Si hinc nephan-
dissime rei domini tricennii presumptione muniuntur, accepto
pretio competenti suum vendat errorem, ut quod lesionem publicis
prestat fabricis, ne presumat ulterius, ne quod nunc sub largitate
corrigimus, pena severissime vindicemus. Si vero tale aliquid
moderna presumptione temptatum est, sine dubitatione tollatur, quoniam
cum desiderio pravo generalis debet utilitas anteferri, cum
vel in tempus cuiusvis [illegible] aut raro poterit obviari. Mandamus
etiam vos formarum fundo principum promissione deputata in
privatorum regionum [illegible] devinimus. Est praeterea nominum
pondus. Dicere tunc facillimum mollissimum etiam plurimum
de ornatu meminit referre esse sublatum, et que auctores suos
seculis consecraverunt. Eas cum Ionathas Saul Rex Philistinorum
videat arma regnator cessisse reperit. Et cum inserviunt ut
vivat fama providentie alii successerunt. nos opinionem negligentie

meruisse videamur. Templa etiam et loca publica que petentibus multis ad reparationem contulimus, subversioni fuisse potius mancipata. Et quoniam malorum vestrorum exercitio nos delectat, ne confessa sordeatur ex taciturnitate licentia, Johannem virum spectabilem electum vestra instantia ad hec que supra memoravimus direximus inquirenda, ut cuncta suo ordine discussa nobis relationis obsequio lucidentur, Senatus quid de singulis rebus aut de presumptoribus earum fieri oporteat, iudicio nostre iusticie consequamur. Adhibete nunc studia, prestate solacia, ut inquisitionem quam debuistis petere, cuncta videamini mente complere

Gemello Senatori

Relaxantur tributa eis qui obsidionem et vastitatem pertulerunt

Constat apud nos fidelium non perire servitia, sed impensa sub tristibus infortunia reapse meliore. Arelatensibus itaque qui nostris partibus perduratem gloriose obsidionis penuriam pertulerunt, per indictionem quartam fiscalia tributa nostra relaxat humanitas. Ita ut futuro tempore ex solito reddeat summam. Exnat et nos bene ... vicissitudinem reddisse videamur et ab illis annuas res poposcet soluta. Quod non negetur. Gaudeant in libertate, qui pro nobis maluerunt in angustiis esurire. Sint leti qui tristicia fidelis pertulerunt. Non debet statim de tributis esse sollicitum, qui casum vix potuit declinare postremum. Ad quietis ista non ab obsessis inquirimus. Quid enim a domino agri exigatis quem cum non tulisse esse cognoscitis. Dum vectigal nobis dederunt fidei sue. Iniustum est ut viles pecunias exigant qui gloriosas constantias obtulerunt

Argolito viro illustri

Laudando quem donum facit eum recipi ad Senatum

Gratum nobis est, quotiens nostra curia clariorum augmenta proficit. Letamur tales viros emergere qui luce mereantur senatoria radiare, ut laude conspicuus deferatur grata dignitatibus. Curia namque discipulus veterum patet, nec ei iudicari potest extraneus qui bonarum artium est alumnus atque doctor. Illustris magnificentia tua in clarissimo avunculo atque suprimo eius filio

ea faciet exhiberi, que avita recordacione tanta dictat anti-
quitas. Dic est enim prefatus arinctarius, qui et parentum bo-
no, et suo nobis commendatur ingenio. Exigens meritis
quod sperat aliis patribus dignitatem. Nam quid dignius
sit et senatorio vestiatur honore togata professio, ut nulla
turba doctorum audeat arinctarius liberiam professionem suam, ut
frenetur imperitie terrore, quem hortantur ad vocem divina
facundie. Gloriosa est denique scientia literarum, quia primum est
quod in homine mores purgat, secundum quod verborum graciam sub-
ministrat. Ita utroque beneficio mirabilis ornat, et tacitos
et loquentes. Ducuntur ergo ad penetralia libertatis lauda-
ti merito suo, ornati nostro auditu, habituri sine dubio
gratissimum senatum. Tuorum ars est facere de irato benivo-
lum, de suspecto placatum, de austero mitem, de adversante
propitium. Quid ergo patribus imponere non possit, qui flectere animum
audientis invaluit. Massiliensibus

Deputat prefectum gubernatorem protectorem et Rectorem

Propositi nostri est probatas fortitudinis et modera-
tionis personas ad ordinationem vestram defensionemque diri-
gere, ut et provincialium statui subveniatur, et utili-
tas publica bonis actibus augeatur. Proinde co-
mitem Marabadum nobis equitate compertum ad Massiliensem
civitatem credidimus dirigendum, ut quicquid ad securitatem
vestram pertinet, deo iuvante perficiet, memor quod gratie nostre curam
possit habere. Iusticie minoribus solacium ferat, insolentibus
severitatis sue districcionem obiciat. Nullum denique opprimi
presumpcione patiatur, iniqua dedocens omnes cogat ad iustum, unde
semper floret imperium. Quapropter designato viro in his que
nobis pro publica percepit libentibus animis obedite, ut
fides vestra, que iam prioribus monstratur exemplis, subsequenti-
bus quoque declaretur indiciis, quia gratum est obsequium
quod de voluntate recti custoditur. Nos autem reddere cogitamus
locum vicissitudini, qui impensa servicia non possumus oblivisci

Arigrino Comiti

Ex ordinatione decretis que sibi litteris est prescripta
debet permanere in suo robore

Libertate nostra firma debet teneri constituta quia
incontussum debet esse principis votum. nec pro studio
malignorum convelli. quod ideo nostris preceptis firma
ri / atque adeo nostra iussione consequimur. ut quicquid ex
nostra ordinatione Patricium libertum tibi matri que tue pro pietati
cum constitit deputasse in suo robore debeat permanere
Quiet a quoquam iniurias irrationabiles questionum. qui nostri be
neficii possidet firmitatem

Laurigero viro illustri Comiti

Ut causa quedam audiatur et tractetur in qua pauper gravari dicitur per potentem

Pietatis nostre propositum est ministrandis flebilibus auxilia
non negare / maxime cum moris nostri sit. ad leges causas
remittere. Vir et conquirens meatum affectum et pulsaty
simulum se questum sustinuisse proclamat Proinde estimini
magnificum virum Patricium Venantium certum se dicit habere negotium
et fieri ab eo eius professiones fuisse contemptas Et quia in
causis semper est suspecta potentia. dum velle creditur quod pos
se iudicatur. Eum ante festum a te senatu reverentia precipimus
admoneri ut sub sponsione legitima instructus personam ad
Comitatum nostrum dirige se promittat / qui apud delegatos nomi
ni nostro iudices. eius intentionibus valet probare causam
Actor sit penam sine receptura audatie. si contra magnificum vi
rum habuit falsitatem credatur

Petro Episcopo

Ut causam reddat partem facultatis sue

Si in alienis causis beatitudinem tuam convenit adhiberi
ut per vos iurgantium strepitus conquiescat quanto
magis ad vos remitti debet. quod vos spectat aucto
res atque ideo sanctitas tua a Germano nos adi
tos flebili allegatione cognoscat qui se filium legitimum as
serit quondam Thomatis dicens partem facultatis patris
sui a sanctitate tua detineri sibi utique legibus competentem
Ergo si veritate fulcitur. et genitoris eius substan
tiam probaveris iure compete supplicanti Consideratam iustici
am quam dotes alios sine observationis longe dispendio sibi
debita tribuant. Canonicam causarum tuarum qualitas te
utique iudice debet terminari. a quo spectanda est magis quam
sibi imponenda iusticia. Quasi hanc causam subsequitur

sperata. tunc minime desinit arbitrium. novus supplicis querela ad nostram audientiam perveniendum. Tu etenim dotes potes pauperum non debes neglegisse, quas potes iusticia committeri.

Wiliualdo comiti spectabili et illustri ut in provincia sua non patiatur fieri violentiam

Quamvis pietatis nostre constet esse votum, ut ubique moderata ubique civilia peragantur, maxime tamen optamus bene geri in Regionibus Gallitanis ubi et recens vastatio non portat iniuriam et ipsa initia bene plantare debent nostri nominis famam. Principis siquidem opinionem longe lateque disseminat subiectorum custodita securitas. Et ideo exercitus dirigitur non gravandi sed defendendi potius estimentum. Atque ideo presenti auctoritate delegamus ut in Avinione qua residens nullam fieri violentiam patiaris. Vivat noster exercitus civiliter cum Romanis. prosit ei destinata defensio. Nec aliquid illos a nostris sinatis pati, quos ab hostili nitimur oppressione liberari

Felici viro Comiti ... ut observet antiquam consuetudinem, et ne subtrahantur aurigis debita que prius sunt

Equitatis Racio persuadet. ut exercitibus leticiam publicam consuetudinem servemus antiquam. presertim a consule venientem cum constat esse propositi ut debeat ex liberalitate laudari. Ne videatur aliud dignitas promitte et aliud senatore facile complere. Quoniam sub opinione magnifici parsimonie tenacitatis obscuritas. Quia perinde fama publica in Con ...a Mediolanensibus aurigis nos additos esse cognoscat Illa sibi nostris temporibus fuisse subtracta, que mos priscus indulserat. cum prestantie tempore munificentia sit pro lege. Proinde si nullo emendato asserta iuvantur sublimitatem vestram ... vetustate, que sine quodam privilegio solent debita que donantur exposcit. Que licet negari, quod te cognoscis ab antiquitate largiri

Universis provincialibus in Gallia constitutis propter vastationem hostis illatam indulget tributa tertiam functionem

Quamvis sensum nostre pietatis turba multiplex cogitationis intraret, et diversas Regni partes conspecta se-

utilitate respicit / desestive tamen remedia vere voluntatis aspernimur
quoniam apud conscientiam nostram lesionis genus est prosecutura tar-
ditate / nec possumus estimare totaliter · quod sunt ingrata dilatione
suspensum Nam excrescentibus morbis lesio debachari permittitur
cum medicina differtur Nobis itaque hospitali ferocitate vesta-
tis pro qualitate lesionis dexter conditorum quartam relaxavimus ag-
gratis tributariam functionem Quia non gravitatem exigere · quod
terras cognoscitur solutor offerre Ita tamen · ut de illis que co-
stant impetrantur exercituales inveniantur expense Quia in totum de-
serit compositum deserere non debet · quod pro se laborare cognoscit Invalida
vero est siquis reginis defensor · nec animus instruat audaciam cu-
ius robore fuit corporeo destituta

Gemello viro senatori De Italia

Ut commeantibus devehat frumenta que destinatur

Delectabile sit cunctis quod equali ordinatione disponitur
· quia divisum omnis sub communione subvectos tantum est
non gravare Pars enim extrema ad vindiquenque redit
cum summa vinculos incluserit Et ideo speciem
quam ob exercituales expensas nostra providentia de Italia de-
stinavit / que fatigata provincia hinc prebitione levaretur ad
Castella supra Durantiam constituta de Massiliensibus orreis
constat esse portanda Quapropter iubemus ut studium devehen-
di supradicte speciei commune subeat · quatenus celerius possit
fieri · quod utilitatis studio videtur assumi

Universis provincialibus in Galliis constitutis

Qualiter ex Italia ad eorum defensionem de- stinavit exercitum et expensas exercituales

Non occurrit sub principe benigno remedia postulare sub-
iectos Ultronea supplicationum precedit humanitas · et miro
modo potiora sunt vota que prestita Nuper siquidem
permoti iustitia censueramus ut pars aliqua illesa provin-
cie Gothis nostris alimonia recepta praeberet Sed quia licet principem
humaniora censere · Sui varietatis non habet vitium / quod pro
beneficio fuit immutatum Sed ut neque minima possessores illa-
tione gravarentur / ex Italia destinabimus exercituales expensas
ut ad defensionem vestram directus exercitus · nostris humanitatibus
aleretur / solum vobis auxilium provincie de magna congregatione sen-
tirent / Dirigimus etiam ac prepositis sufficientem transmisimus pe-
cunie quantitatem Vobis eorum prebende et si non potuerint grechi

tamen sine dispendio alicuius debuisset comparari quia dilatori-
orem ut illa volumus tempore que vos potuisse ut arbitra-
mur offerre Winigis Spatario

Ut Mancipia prioribus restituant dominis

Delectamur iure Romano vivere quos armis cupimus
vindicare Nec minor nobis est cura moralium quam pot-
esse bellorum Quid enim proficit barbaros removisse
confusos nisi vivatur ex legibus Atque ideo regendo
Gallias exitus ut intraverit si qua mancipia servitium decli-
nantia ad alios se aliquibus quibus sint debiti contulerunt priori-
bus dominis iubemus sine aliqua dubietate restitui Cur enim
confundi non debent iure imperante iustitia. Nec potest abiecto
favere Romane libertatis defensor. Aliorum forte regum prelia
captarunt civitatum aut predas appetunt aut ruinas. Nostrum
propositum est deo iuvante sic vincere ut subiecti se doleant nostrum domi-
nium tardius acquisisse

Universis possessoribus Arelatensis provincie

Volens lesos incolas refovere transmittit pecuniam
pro ipsorum relevatione

Quamvis omnium sit lesos incolas refovere et omni-
bus malis signum pietatis ostendere tamen utrumque
humanitas nostra convincit ut et largitatis remedio
civibus consulamus et ad cultum reducere antiqua menia
sustinemus Sic enim fiat ut fortuna urbis que in me-
nibus erigitur fabricarum quoque decore monstretur Pro re-
paratione itaque murorum Arelathensis et turrium vetustarum
certam pecunie direximus quantitate Victualia quoque que
vobis condeant relevare expensas fecimus parare ut vobis
destinentur cum tempus navigationis arriserit Relevate
nunc animos et de nostra promissione recreati future copie
spem tenentes domino favente habetote fiduciam quia nomini
est quod nostris vobis quam quod oreis continet

Laurigenio viro Illustri Comiti

Ut examinatione diligenti causam distinguat

Iustitie nostre convenit ut de nullis vel bis talumnias ca-
lumnias fieri non sinamus Et quicquid prava

interpretatione tegitur, fugata nube mendacii revelemus.
Defensores itaque sacrosancte ecclesie Romane conquesti sunt
beate recordationis quondam Simplicium dominum in sanctissima
urbe positam ab Eustasio acolito instrumentis factis solempniter
comparasse, quam per annorum longa curricula ecclesia Roma-
na quieto iure suggerit possidere, et in usus alios sancti-
tate domini transtulisse. Nunc autem existente amatore superstitionis
pretium improba fronte iurgantem Iudei synagogam ibidem
fuisse iniquis conatibus mentiantur, cum humanos usus
habitacula longe aliter formata declarent. Quis potest esse inme-
morata constructio? Quapropter magnitudo tua constitue sue
probata iusticia causam diligenti examinatione discutiat.
Et si vera cognoverit que venerunt in querelam, consideratam
equitatem diffiniat. Nam si humanis actibus calumnie sunt
submovende, quantomagis emendanda credimus que contu-
meliam divinitatis tangunt.

Deodato viro Comiti

Relegatur quidam in exilium per culpam capitalem — levi

Materia est glorie principalis delinquentium reatus, quia
nisi culparum occasiones emergerent, locum pietas non ha-
beret. Unde enim salubri ordinatione gerat, si morum
probitas cuncta componat. Arida siccitas beneficium plu-
vie madentis expotat, alias exoptat. Salutiferis medica-
minibus nisi infirma valitudo non indiget. Sic dum imbe-
cillitate succumbitur, convenienter remedia tribuuntur. Quapropter
casibus asperis prestandum est sublevande iusticie moderamine,
ut nisi vindictam sinamus superare peccata, nec culpa insultare
conveniente remissius patiamur. Datis itaque precibus alle-
gasti viri spectabilis Venantii Lucanie et Bruciorum presulis
odiorum te acerbitate compressum custodie longo situ laborare,
in confessione raptus adulte puelle Valeriane fuisse compulsum,
ut gratius tibi fuerit spiritum cito mortis expetere, quam tormento-
rum crudelia sustinere. Sunt supremas cum hanelant angu-
stias. Votum est potius perire quam vivere. Ruina detestabilis
sensus penarum excludit dulcissime salutis affectum. Illud
etiam quod immane pateretur iusticia addicens. Defensorum tibi
patrocinia sepius postulanti fuisse subtracta. Cum adver-
sarii florentes ingenio etiam innocente te possent legum laqueis

obligare. Quae supplicatio tua efficaciter animum nostrae pietatis in-
travit. paulatimque ad misericordiae iura deflecteret. Accusa-
vit Bruciorum provincie missa relatio que privatam allegatione
tragedie sue voce compressit. negando credi contra fidem
publicam fallacis supplicanti. Ideo quod asperitatem pene nostra
lenitate mollimus statuentes ut ex die prolati oraculi e-
mensum patiaris exilium. Ita ut in nullo post constituta nostra
sub qualibet interpretatione tibi liceat obiecte crimine infamie.
quod peccatum est principi. maculosas notas in tua opinione
abstergere. Sed hoc exacto tempore patrie rebus quam omnibus reforma-
tum ius tibi sit omne quod premittitur. quia nullum eum
ingemiscere probraria vestione censemus. quem spacium exilii
voluimus exilio detineri. pena trium librarum auri infligenda
commanentes. si quis aut obiciendo. aut aliter interpretando
praeceptum nostrum violare temptaverit constitutum. Sed quoniam haec
constituta ad innocentes referimus usque extendi. ne sola
tantum in nobis videatur ignorantia profuisse. pari auctoritate
eos a formidine liberamus. quos ut pote nescientes. in eadem
causa quolibet loco illo tempore interfuisse constiterit. Similis enim vi-
detur absentis qui non habet conscientiam criminosi.

Faustino prepositio

Relegatur quidam in exilium propter homicidium ad insulam vulcanie

In parte pietatis cecidit mitigata districtio. Et sub
beneficio punit qui penam debitam considerata mo-
deratione dispensavit. Iovinum curialem. quem correctoris
lucanie Bruciorum quod humani nobis suggerit sanguinis
effusione pollutum. Ob hoc enim mutue contentionis ardo-
ribus excitatum. rixam verborum usque ad nepharium college
perduxit interitum. Sed conscius facti sui intra ecclesie
septa refugiens. declinare se credidit prescriptam legibus
ultionem. Vulcanie insule perpetua relegatione damnamus
ut et sacrato templo habuisse reverentiam videamur. Nec
vindictam criminosus evadat in totum. qui innocenti non cre-
didit esse parcendum. Careat proinde patrio solo. eum exiti-
abili incursurus incendio. ubi viscera terre non deficiunt
eum tot seculis incendia consumant. effluunt siquidem ista
terrena que aliarum corporum imminutione nutriunt. si non
assidue extinguuntur ardet optime inter medias undas

montis qualitas indefecta, nec minuitur quod resolui pos-
se sentitur, quia nature inextimabilis potentia tantum can-
tibus tremendis reponit quantum illi vorax ignis absumpserit
Nam quemadmodum saxa incolumia permanerent, si semper igneis
animata decoqueret. Potentia siquidem divina sic de con-
trariis rebus miraculum facit esse perpetuum, ut palam conspicua
occultissimis instauret augmentis. que non potest stare temporibus
diuturnis. Vesuvius et alii quidem montes motibus vaporatis
exestuent, nullus simili appellatione censetur. Estimandum
quia gravius succenditur, qui Vulcani nomine nuncupa-
tur. go reus capitis in locum predictum prius exeat
quo totius mundi. de quo alterius crudelis fugamus exilio
mundo superstes recipit. cuius eventu mortis infligit. Sala-
mandre scilicet exemplum que plerumque degit in ignibus
tanto enim naturali frigore constringitur ut flammis ardentibus
temperetur. Subtile et parvum animal lumbricis assotum
flavo colore vestitum. vivit ... soli. qui mortua cuncta
consumit. Memorant autem cuivi priorum senatores hac in-
sula ante aliquot annos incendium rupto terrore fini-
bus erupisse. Cum Hanibal apud Prusiam Bithinie
regem veneno stetit ipse pugnaverit ne tantus dux ad Ro-
manorum ludibria perveniret. Plus inde mirabile ut
mons tanta flammarum congerie succensus marinis flu-
ctibus haberetur absconditus et ardor ibi indesinenter
vincet que tanta unda videbatur obruere.

Universis Gothis et Romanis circa Kar-
rutana castella consistentibus
Ut in Verruca castello sibi domicilia construant

Etiam debet esse cunctorum provida iussio dominan-
tium, quia vestrum quod vos debuistis expetere. nos vi-
detis offerre. Quid est gratius quam humanis rebus
semper exhibere cautelam, que aut sit necessaria, aut probe-
tur esse superflua. Et ideo Leodifredi saioni viro probo
delegavimus iussionem, ut eius instantia vos in Verruca
castello vobis domicilia construatis. Quod appositione sui
congruum nomen accepit. Est enim in mediis campis tu-
mulus saxeus in rotunditate consurgens, qui proceris la-
teribus silvis erasis totus mons quasi una turris effi-
citur, cuius ima graciliora sunt quam cacumina et mollissimi-

fungi modo superius extenditur. cum in inferiori parte tenuet. Agger
sine pugna obsessio secura nobis nec adversarius quicquam presumat
nec inclusus aliquid expavescat. Hunc athesis inter fluvios hono
rus amem gurgitis puritate preterfluit, munias faciens muni
minis et decoris. castrum pene in mundo singulare tenens clau
stra provincie. Quod ideo magis probatur esse precipuum, quia
feris gentibus constat obiectum. Hoc optabile munimen securi
tate prestat mirabilem. Quod cives delectat habitare et exter
nos exterreat. Et quamquam dominante nostris temporibus propi
tia secura credamus, tamen providentie summum est timere etiam
quod non putatur emergere. consilium semper tractandum in otio est
Quia tunc male queritur quod necessaria iudicatur. Uti pla
nius patet exemplis. Mergi quibus nomen ex facto est coha
bitatores piscium aquatiles volucres futuras tempestates
naturaliter previdentes, secura petunt stagna. Relinquunt delphini
fluctus pelagi metuentes, vadosis littoribus immorantur. Echini
qui sunt quedam animalia constantibus temeritudo corticis de
licie dulcis maris, dum futuras tempestates cognoverint
loca mutare cupientes quia illis pro levitate corporis nan
di nulla fiducia est, lapillos quibus pares possunt esse
complexi quadam anchoratum ponderatione librati scopulos
petunt, quos fluctibus vacantes esse non credunt. Aves ipse
adventu iemis patriam mutant, et fere pro qualitate temporis cubi
lia querunt. Homine et hominum sollicitudo debet regimine ut
possit adversitatibus providere. Nam res humane mutabilitate
continua quatiuntur. Et ideo providentia dicitur, ut que
sunt futura tractentur.

Honoratis possessoribus defensoribus et curialibus Cathaniensis civitatis De amphiteatro vetusto iam collapsa concessa sunt in usum reparationis reipublice

Optabilis est nobis et grata devotio, que bona pre
cesserit iussione, et multo acceptius reddit si id quod
liceat possimus per imperare postea. Felicitas enim
regnantis est famulantes amare, quod expedit, quando
labor nobis cogitationis aufertur. Dum subiectis sibi profutura
disponunt, atque ideo suggestionis vestre tenore comperto, quod ca
ritate civica in ornamentis menibus suscepistis absolutam
huius rei vobis censemus esse licentiam, nec quicquid de hac
re vocamini, unde gratie expectare premia mox debetis. Ve
stra enim communitio nostra est nihilominus fortitudo. Et quisquis
vos ab metu eripit, famam sine defensionis extendit

Saxa ergo que suggeritis de amphitheatro longa vetustate col-
lapsa nec aliquid ornatui publico iam prodesse nisi so-
las ruinas turpes ostendere, licentiam vobis eorum in usus dum-
taxat publicos damus, ut in murorum faciem surgat quod
non potest prodesse si iaceat. Quo ita prestitute consilienter
quicquid tantum ad munimina, quicquid ornatus expetit ad
decorem. Tanto nobis satis gratum fore quod facitis, quantum
exinde gratiam se vestre civitati contulerit.

Provincialibus Noricis

Ut liceat commutare boves minores pro maioribus

Grate suscipienda est ordinatio que dampna minuit
et accipientem pro temporis necessitate letificat. Nam
quis putare possit onus, ubi magnus meretur in-
termittito compendium. Et ideo presentibus decernimus constitutioni-
bus ut Allemannorum boves qui videntur preciosiores pro
corporis granditate et si itineris longinquitate defecti sunt,
tamen commutare vobis liceat, minores quidem membris, sed
idoneos ad laborem, ut et illorum profectio sanioribus animalibus
adiumetur et vestri agri armentis grandioribus instruantur.
Ita fit ut illi adquirant viribus robustos, vos forma
conspicuos. Et quod solet raro emergere in una commu-
tatione, utrique videamini desiderata compendia percepisse.

Fausto preposito

Remunerat hystrionem describendo et laudando artem suam mirabilem

Quanto hystrionibus rara constantia honesti
est votum, tanto preciosior est tunc in eis probabilis
monstratur affectus. Carum est homini repperisse, ubi
aliquid se laudabile non putaverat invenire. Dudum
siquidem Thomati aurige ex orientis partibus advenienti anno-
nas rationabiles consideratio nostra largita est, donec eius
artem probaremus et animum. Sed quoniam in hac agone prima-
tum prestitur optinere, eius quoque voluntas patria derelicta no-
stri sedes fovere elegit imperii, largitate duximus illud menstrua
sollicitudine velut adhuc ambiguum redderemus, quem Italie domi-
natum elegisse cognovimus. Nos enim frequenter victor per diversorum
ora volitavit, plus vectus favore quam curribus, suscepit
ex parte ipsius pretium inclinationis. Et quos ipse fecerat tristes

laborant iterum reddere letiores Modo agitatores arte superatis
modo equorum velocitate contendentibus. Frequentia palmarum
eum reum faciebat maleficii Inter quos magnum videtur
esse premium ad talia tunc pervenire Necesse est eum ad per-
versitatem magicam referri quando victoria equorum meritis
non potest applicari Spectaculum expellens gravissimos mores in-
vitans levissimas contentiones Evacuator honestatis fons ir-
rigatur iurgiorum quod vetustas quidem habuit sacrum sed
contentiosa facit posteritas esse ludibrium Primo enim hoc
apud Elidem Asie civitatem Oenomaus fertur edidisse Quod
postmodum Romulus in raptu Sabinarum necdum fundata
urbe edificiis ruralibus ostentavit Italie Sed mundi dominus cum
potentia sua opus extollens mirandum etiam Romanis fab-
ricam in vallem Murciam tetendit Augustus, ut commissa
moles firmiter precincta montibus contineret, ubi magna rerum
indicia clauderentur Duodena quippe hostia ad duodecim
signa posuerunt, hec ab herculeis funibus demissis subi-
ta equalitate panduntur docentes, totum illic ut pu-
tabat consilio geri, ubi imago capitis cognoscitur operari
Colores autem in vice temporum quadrifaria divisione fun-
duntur Prassinus virenti verno Venetus nubilo hiemi
Roseus estati flammee albus pruinoso autumpno dicatus
est, ut quasi per duodecim signa decurrens annus inte-
ger signaretur Sic factum ut nature ministerium spectaculo-
rum composita imaginatione ludentium Biga lune quasi
quadriga solis imitatione reperta est Equi desultorii
per quos circensium ministri missos denuntiant exituros
luciferi precursorias velocitates imitantur Sic accidit
ut dum colere putaret astra religione sua ludicra simi-
litudine profanarent, alba linea non longe ab hostiis
in utrumque podium quasi regula directa producitur, ut quadri-
gis progredientibus inde certamen oriretur Ne dum semper
precedere conantur eludere spectandi voluptatem viderentur plus ab-
rogare Septem metas tamen omne peragit in similitudi-
nem ebdomadis reciproce Hee vero mete secundum zodia-
cos decanos ternas optinent dignitates et summitates quas
ad instar solis quadrige celeres pervagantur Hoc orientis
et occidentis fines designat Euripus maris vitrei red-
dit imaginem unde illuc delphini equorei aquas in-
fluunt Obeliscorum quoque prolixitates ad celum altitudinem
sublevantur Sed prior soli inferior lune dicatus est
ubi sacra priscorum caldeicis signis quasi litteris indicantur

Spina infelicium captivorum sorte designat. Ubi duces Ro-
manorum super dorsa hostium ambulantes laborum suorum gau-
dia repperierunt. Mappa vero que signum videtur dare cir-
censibus tali casu fluxit in morem. Cum Nero prandium pro-
tenderet et celeritatem ut assolet avidus spectandi populus
flagitaret, ille mappam qua tergendis manibus utebatur
iussit abici per fenestram ut libertatem daret certaminis postu-
lati. Hinc tractum est ut ostensa mappa certa videatur
esse promissio circensium futurorum. Circus a circuitu dictus
circenses quasi circuenses, propterea quod apud antiquitatem
rudem que nondum spectacula in ornatum deduxerat fabricata
inter enses et flumina locis virentibus agerentur. Nec va-
cat quod viginti quatuor missibus condictum hunc certami-
nis expeditur, proposito ut die noctisque hore tali numero
clauderentur. Nec illud putetur irritum quod metarum
circuitus septem cretulis exprimatur, quarum actu ip-
similitudines superioribus sideribus cursum exemplo genituram se ali-
qua profitetur. Et Orco altius Zephyri volitantes atque
intestantissimos inde maiores casti quos avium imitatibus
aptaverunt. Cetera circi Romani longum est sermone di-
cere, cum omnia consistant ad causas singulas pertinentia. Hoc
tamen dicimus omnibus stupendum quod illic fervor animorum
inconsulta gravitate supra cetera spectacula rapiatur. Transit
Prasinus pars populi, perdit Venetus et potior turba civitatis
affligitur. Nichil proficientes ferventer insultant, nichil pa-
cientes graviter sufficerant et ad inanes contentiones sic acce-
dunt, tamquam de statu periclitantis patrie laboretur. Quod
merito in morem superstitionem creditur esse dictatum, ubi ab honestis
moribus sic constat excedi. Hec nos fovemus necessitate
imminentium plurimorum quibus votum est ad talia convenire. Ad
cogitationes serias delectantur. Paucos enim raro capit, rarus
probabilis oblectat intentio. Ad istud potius turba ducitur quod
ad remissionem curarum constat inventum. Nam quicquid estimat
voluptuosum, hoc ad beatitudinem temporum iudicat applicandum.
Quapropter largimur expensis, non quod eas semper ex iudicio demus.
Expedit enim interdum desipere, ut populi possimus desiderata
gaudia continere.

Consulari viro illustri

Detestatur quod super terminis agrorum viribus et non
legibus litigaverit, cum possit agrimensor litem diffinire.

Sicut invidiosa nimis interpellantium suggestione comperi-
mus, inter Illuentium atque Pastasium spectabiles viros finalis
orta contentio est, ita ut terminos causarum suarum

ne legibus sed viribus credant vindicandos. Hinc miramur tanta
animositate fuisse litigatum, quod aut tumulis terrestribus, aut signis
montium, aut fluminum ripis, aut arcifiniis constructis, aliisque
constat signis evidentibus definitum. Quid isti facerent, si in Egi-
ptiis particulis possiderent? Ubi Nilus fluminis supervenientis alluvio
iudicia finium vastissimo gurgite abradit et indiscreta terre
facies redditur, ubi omnia limitum lege comprobantur. Quapropter ne vos
ad arma concurrere debuissetis, si excitata lis nulla satisfactione
sopita discederet. Hoc enim per geometras formatum est, et gramma-
ticam disciplinam ita diligenter agnoscit, quemadmodum litteris
omnis sermo conclusus est. Geometricam quippe, ut est horum
generis omnibus acutissimum, Caldei primum inve-
nisse memorantur, qui rationem ipsius disciplinae generaliter colligen-
tes, et in astronomicis rebus et in musicis, et in mechanicis
et in architectis et in medicina et ad arte logistica, vel quidquid
potest formis generalibus contineri, aptam esse docuerunt, ut sine
ea nihil horum possit ad cognitionem verissimam pervenire. Hanc
post Egiptii in dissimulati animi calore fervescentes per an-
guillas insolita, que votiva inundatione annis singulis
spatiatur, ad dimensionem terre et recuperandas formas finium hic
tulerunt, ut fieret arte distinctum, quod litigiose confusioni vide-
batur obnoxium. Quapropter agrimensorem peritissimum tibi ad-
hibeat, cui nomen est, vir a vobis adhibeat magnitudo vestra, ut
omnia que manifesta ratione distincta sunt, per evidentia
debeant documenta monstrare. Nam si hic exigit illa disciplina
na mirabilis, ut indeterminatos agros ratione certa distin-
guet, quanto magis iste monstrare debet omnia que iam
probantur sine finibus terminata. Augusti siquidem temporibus orbis
Romanus agris divisus censuque descriptus est, ut possessio
sua nulli haberetur incerta, quam pro tributorum susceperat
quantitate solvenda. Hoc auctor Hyrometricus redegit ad
dogma conscriptum, quatenus studiosus legendo possit agno-
scere, quod absolute debet oculis demonstrare. Videant artis
huius periti, quid de ipsis publica sensit auctoritas. Nam
disciplinae toto orbe celebrate, in hunc habent honorem. Ar-
ithmetica datur auditoribus solatium; geometria cum tanta de
celestibus disputat, tamen studiosis exponitur; astronomia
et musica discuntur ad scientiam solam; agrimensori vero finium
lis orta committitur, ut contentionum protinus abscidatur nutri-

est itaque ars sic fons ipsius agri deserti sub Fanati-
cum credis quem tortuosis semitis ambulare conspexeris. Iudicia
siquidem rerum querit silvas asperas et dumeta perquirit. Non am-
bulat iure communi, via illi est lectio sua, ostendit quod dicit, pro-
bat quod didicit, gressibus suis concertantium iura distinguit
et more vastissimi fluminis aliis spatia tollit, aliis plura
concedit. Quapropter auctoritate nostra suffulti talem eligite per
quem partes erubescant impudenti fronte litigare, quatinus
possessionum iura confusa esse non debeant, quibus est necessa-
rium rebus precipuis adhibere culturam.

Consulari viro Illustri

De magistro aquarum subterranearum inventore et de signis quibus possint aque inveniri

Magnitudinis vestre relatione comperimus aquilegum
Romam venisse de partibus Affricanis, ubi ars ipsa
pro locorum siccitate magno studio semper extollitur,
qui locis aridis aquas possit dare venatiles,
ut beneficio suo habitare faciat loca nimia sterilitate
siccata. Hoc nobis gratum fuisse cognosce, quamvis in multis
illa maiorum libris exposita priscis temporibus venerit ap-
probanda. Signa quippe virentium herbarum et proceritate
arborum vicinitate colligit detineri undarum. Terras enim
dicunt quibus humor non longe subest, ubertas quedam
germinum semper arridet, ut est iuncus, aquatilis
canna, lenis calamus, rubus, salix, vitex, populus virens
et reliqua arborum genera que tantum ultra naturam suam fe-
lici proceritate luxuriant. Sunt et alia huius artis indi-
cia, cum nocte advenientes lana sicca in terram ponitur ter-
promissam et rudi catabo tecta relinquitur; tunc si aque
proximitas affuerit, mane arida humida reperitur. Sole
autem declinato cum viderint etiam certa loca sollicti
et tenui super terram volitare spissitudine minutissimarum
conspexerint omnium muscarum, tunc promittitur leviter facile
quod queritur inveniri. Additur etiam ex columne fumum conspicio
querendum tenuissimum fumum, qui quanta fuerit altitudine por-
rectus ad summum, tantum in imum latices latere cognoscitur,
ut hoc sit mirabile quod per hec talia signa dubia
mensura diffinita predicitur quanta profunditate quesita
inveniretur. Predicunt etiam sapores aquarum, ut ne aspera

dispendio labore deberet quaeri, nec dulcis notitia quae sub magno
horrore contempnitur. Hanc sciam scriptoribus pulchre tradide-
runt apud Grecos ille, apud latinos Marcellus, qui non
solum de subterraneis fluentis, sed de ipso quoque ore fontium
sollicite tractaverunt. Dicunt enim aquas que ad orientem
austrumque prorumpunt dulces atque perspicuas esse, et pro-
sua lenitate saluberrimas inveniri. In septemtrione
vero atque occidente quecumque emanat, probari quidem nimis
frigidas, sed crassitudine sive gravitate incommodas. Atque
ideo si commemorato virum viderit sapientia vestra et lectione
eruditum et usu certum, que sunt potestis constare competentibus
annonis de publico deputatis. persuasione eius inopia que
relevabis, ut civitas accipiat que sibi ante sibi donaria
prestiterunt. Nam quamvis Romana civitas aquis abundet
irriguis, sit quoque fontibus gaudens et formarum munda-
tione ditissima reperitur, tamen plurima suburbana que
habent videantur desudare puteum, et multo continetur qui
vel pro parte necessarius esse cognoscitur. Huic tamen
mechanicus omnino innotescat, ut undas quas iste reperit
ille levet et arte subire faciat quod ascendere non prevalet
per naturam. Habeatur ergo iste inter reliquarum artium magistros
ne quid desiderabile putetur fuisse, quod sub nobis non
potuit Romana civitas continere

Sequuntur Tituli Quarti libri

Cesile Saloni Theo R

Senatho viro senatori T

Senatui urbis Rome T

The viro senatori Comiti

Ayme Senatori The R

Bemello viro senatori

Gebric viro senatori Th

Bemello viro Senatori
Argolito The Rex

Argolito viro Illustri p
fecto urbis Th. Rex

Celpidio Dyacono R

Argolito viro Illustri
pontifici Theo Rex

Comissis in Assilia constitut
Theo R

Effrizizar Sayoni
The R

Dude viro Senatori Comiti

Argolito viro Illustri
patricio T. Rex

Sabino viro Illustri
Comiti Theo Rex

Eutiliano viro venera
bili Epo Theo Rex

Dude Sayoni The R

Actoribus albini T

Fausto preposito
Theo Rex

Theodaguntiche Illustri
domine Theo Rex

Fausto Preposito
Theo Rex

Theodacthioda viro
Illustri Theo Rex

Hermanfrido Regi Thoringorum missos
Neptem suam consiliatur sibi in coniugem vir-
tutes eius recitans. laudat sibi etiam equos eius

[D]esiderantes vos nostris ag-
gregare parentibus Neptis
caro pignori diuinitate
propitia sociamus. Ut qui
de Regia stirpe descendit.
nunc et longius claritate
imperialis sanguinis fulgeat.
Mittimus ad vos ornatum
aulice domus augmenta
generis. solacia fidelis con-
silii. dulcedine suauissima
coniugalem. que et dominatum
iure vobiscum compleat. et
vestram nationem meliore institutione componat. Habebit
felix Thoringia quod nutriuit Italia. Ytalia litteris doctam
moribus eruditam. decora non solum genere. quantum et feminea
dignitate. Ut non minus patria vestra istius splendeat moribus
quam triumphis. Unde pro salutatione grata competenti di-
ctamus. Nos venientibus legatis vestris. impreciabiles quidem
rei sed more gentium suscepisse precia destinata. equos ar-
genteo colore vestitos. quales esse decuit nuptiales. Quorum
pectora ut crura. speris carneis decenter ornantur. Coste in
quandam latitudine porriguntur. alius in breuitate constringitur
Caput ceruinum reddit effigiem. Cuius imitates velocitatem
cuius habere videntur habere similitudinem. Hii sub pinguedine
nimia mansuetis corporibus grauiores. Vnde cum mollit.
sessores insanis festinationibus non fatigant. Inuestitur
in ipsis potius quam laboratur. et compositi delectabili
moderatione. agilitate morum continua perdurare. Uerum
hinc quamuis nobilissima grege belluas et morigeras
vel alia que direxistis exenia cuncta cognoscitis. quando
omnia dure superant. que decus Regie potestatis exornant
destinamus et nos quidem que principalis ordo poscebat.
sed multo maius persoluimus quam quod vos decori tante fe-
mine copulamus. assint vero diuina coniugio. ut sit nos
affectionis causa quod ita et posteros nostros obligat

gra parentalis Regi Herulorum

Laudans eum bellatore adoptat in filium qui ipsum protegat et succedat in Regno

Per arma fieri posse filium grande inter gentes constat esse preconium Quia non est dignum adoptari nisi qui fortissimus meretur agnosci In sobole frequenter fallimur Ignavi autem esse nesciunt quos iudicia pepererunt Hii enim gratiam non de natura sed de solis meritis habent quando vinculo animi obligantur extranei Et tanta in hoc actu vis est ut prius se velint emori quam aliquid asperum patribus videatur inferri Et ideo more gentium et conditione virili filium te presenti munere procreamus ut competenter per arma nascaris qui bellicosus esse dinosceris Damus quidem tibi equos clipeos et reliqua instrumenta bellorum sed que sunt omnimodis fortiora largimur tibi nostra iudicia Summus enim inter gentes crederis qui Theoderici sententia comprobaris Sume itaque arma michi tibi que profutura Ille a te devotionem petit qui a te magis defensari disponit Proba tuum opus et animum qui tibi parat obsequium Adoptat te talis de cuius gente vestra natio formidavit Nota sunt enim Herulis Gothorum deo iuvante solatia Nos arma tibi dedimus gentes autem tibi olim virtutis pignora prestiterunt Salutantes proinde gratia competenti Reliqua per legatos vestros patrio vestro sermone dicenda mandavimus qui vobis et nostras litteras evidenter exponant et ad confirmandam gratiam que sunt dicenda subiungant

Senatori viro illustri Comiti ...

affatur eum Comitem patrimoniorum laudans virtutes suas plurimas

Ad ornamentum palatii credimus pertinere aptas dignitatibus personas eligere Quia de claritate servientium crescit fama dominorum Tales enim principem provehere decet ut quotiens processerit signatum aspicere totiens secreta iudicia agnoscitur habuisse Moribus enim debet esse conspicuus qui datur aliis imitandus Laudabile est quidem sibi Rege

multis autem electum debet copiose venire. Cape igitur per iudicatorum tuarum illustris comitivae nostri patrimonii dignitatem. Tradit tibi non immerito tribuit regalis auctoritas. Diu namque nostris ordinationibus geminum mutuatum obsequium. Et consilii particeps eras, et dispositi laudabili assumptione complexus subiisti saepe arduae legationis officium. Restitisti regibus non impar assertor. Coactus instabas veritatem et illis ostendere, qui rationem vix poterant crudi obstinatione sentire. Non te terruit contentionibus inflammata regalis auctoritas. Subiugasti animo audaciam veritati, et obsecuturos ordinationibus nostris in conscientiam suam barbaros perduxisti. Cuius studium tuum longa lucubratione pollicitum, et laboris continui inculpabile referam obsequium. Positus es sub exceptionis officio eloquentiae singularis. Efferbat ipse tui delectatus auditor. Sed meliora fuere, quae veritate repperisses. Provinciarum tua nostrum delectabat cerebrum, quia tantum rerum dictantium restabas animum, quando se laxare poterat cura cogitantium. Affuit quoque in te pars altera vitae laudabilis, quae archana curarum morum probitate claudebat. Multorum conscius, nec tamen cum plura nosses elatus. Collegis quidem humilitate superioribus placuisti. Sic omnium per te satisfecisti omnes animo, ex magna dulcitate sociatus. Carpis certe probatae institutionis gratissimum fructum, quando provectus tuus ita potuit omnes laetos efficere, ut in te omnibus iudicarent sua desideria profecisse. Ancere cum igitur habere virtute amabilem prelarum ex constantia nostrae quoque domus auctoritate subnixus, tanto studiosius gratiam quaere, quantum te locum huiusmodi respicis invenisse. Tende itaque adhuc bonis artibus tuis ad potiores votis, suscipiens gratiam nostram in illo semper augeri, qui se dignum accepto culmini desiderat invenire.

Senatui urbis Rome

Super eodem quem subvexerit dignitate comitivatus, laudat virtutes eius multiplices

Gloriosum quidem nobis est, patres conscripti, honores passim impendere, sed laudabilius bene meritis dignitatem prestare. Quicquid enim talibus tribuimus, pro quali potius utilitate largimur. Cunctis siquidem prosperat recti tenax provectus, nec locus relinquitur invidie. Cum ad

bonos pervenit regula disciplinę Hoc itaque preclaro desiderio
illustrem virum Senatorum Comitive patrimonii dignitate sub
veximus cuius venalitati obvia animi claritate restringat. qui
calumnia non letetur nec patrimonii auctoritate suffultus de no
stro sibi faciat terrore compendium Sed ius equabile possit tene
re cum ceteris unde nobis placere respicit studetis Hec de illo
futura promittere facit preteritorum temporum fides In ipso quippe adole
scentie flore palatia nostra iunioris maturus intravit Et
quod robustas quoque fatigat etates nullo deceptus novitatis er
rore ad imperantis commissus arbitrium effectum securum prestitit ius
sionum Nunc ad colloquia dignus Nunc ad exceptiones aptissimus
frequenter etiam in honore legationis electus cum multiplex militie
meritum apud nos reddebat officium Ne enim nomini loci vere debet
dici a quo multa videntur impleri Sed hec amplius commenda
bat simplicitas que tum clara quam rara est Novum enim est
sub amore principis custodire modestiam qua gaudia semper
animos inquietant Modus etiam raro letis rebus intervenit
Verum tunc hec stupenda meritorum originis quoque similiter claritate
resplendet ut dubites qua parte sit ditior cum copiosius utrumque
possideat Hunc ergo singillatim distributa preconia mirata cura
curia cui nunc patres conscripti assurgant premiis introeun
tibus tanta libertas Nichil de genio vestro subtrahatur quando
venientium novitas honorabiliter invitatur. Parentis publici
de clementia nominati supplex vos cure benignitatis invitet
incipiens mereatur gratie provectus honore et favore

Venerabili viro devoto Comiti

Ut naucularii Campanie Lucanie et Syrie proficiscantur in Gallias cum victualibus

Nulli dubium matris graviter sustinere missiones que
magis utilitates nostras extollere devotorum In Gal
lica igitur regione victualium cognovimus caritatem ad
quam negotiatio semper prompta festinat ut empta lar
gius angustiore pretio distrahant Sic evenit ut et vendito
ribus satisfiat et illis provisio nostra subveniat Atque ideo
devotio tua presenti auctoritate cognoscat omnes naucularios
Campanie Lucanie Tuscie Syrie fideiussoribus idoneis
se debere committere ut cum victualibus speciebus tantum profi
ciscantur ad Gallias habituri licentiam distrahendi sicut
inter emptorem et venditorem convenit Grande commodum est
cum indigentibus pacisci quando fames totum solet contempnere
ut suam necessitatem possit expellere Nam cum ambicioni

sue pzunat. Ipse modu donac videtur, qui vendit cogitatus ad saturatos cu mercibus rec etiamne est. Quo aut pretiu posuit arbitrio, qui victualia pot ferre ieiunis

Symacho viro Illustri patricio

Vt liberos curiadam foueat in Roma ppt studium

Racionabiles peticiones supplicu libenter semper amplectimur, qui eciam non rogati iusta cogitamus. Iniurum est enim Regnis, quod die noctu assidua deliberacione voluamus, nisi ut rempublicam nostram sicut arma protegunt equitas inviolata custodiat. Spectabilis itaque Valerianus in Syracusana civitate consistens rediti se ad lares pros supplicavit. Cui studiorum causa liberos suos ad Romanam civitatem deduxit, quos illustris Magnificencia tua ex nostra iussione detinens in supradicta urbe faciat commorari. Ne illis liceat ante discedere, nisi hoc noster proloquatur affectus. Ita enim et illis studiorum provectus acquiritur, et nostre iussionis reuerentia custoditur. Non ergo sibi putet impositum, quod debuit esse votivum. Nulli sit ingrata Roma, que dici pot aliena. Illa eloquencie fecunda mater, illa virtutum omnium latissima templum. Senciat plane quod carum est. Non sine gratia esse creditur, cui habitacio tanta prestatur

Senatorie viro Illustri Comiti preuatoru

Vt moderentur debita tritici hiis qui naufragia pertulerunt

Propositum nre pietatis est et iniuste periclitancium sublevare fortunas. Nimia quos aliena vi constat impositum circa se non possumus ad delictum. Iniquum est enim ut homini vero imputetur, quod eius voluntate non regitur, et illius imputetur periclitanti unde raro datur evadere, atque ideo sublimitas tua persecutores frumentorum qui de Sicilia fuerat ad Gallias destinati, lacrimabili nos adicione pulsasse cognoscitur dicit susceptum onus promouissent in pellagus adversis flatibus fuisse susceptum vobis fatiscente compage navium omnia vis absorbuit undarum. Nec quicquid miseris de aquarum inimicitate nisi solas lacrimas restitisse. Bene Illustris Sublimitas tua sponte auctoritate commonita moderacione tritici quam

sub hac sorte perisse probaverint. supradictis piscatoribus
sine aliqua faciat cunctatione restitui. Crudelitatis etenim
genus est velle in naufragos ultra naufragium desevire et
illos ad dispendia tueri. quibus inopem vitam probant sum-
mamque pericula commisisse = Comiliensis

Honoratis possessoribus et canalibus pho-
Ut recepto precio pro trabibus eas deveheant ad
quendam locum

O Stanc videri non debet. quod nostra ordinatio cen-
setur, quia novimus estimare. quod vos oportet
implere a vobis quippe possunt rationabiliter custo-
diri. quibus profuisset etiam non gravati Proinde devotioni
vestre presenti auctoritate decernimus. ut accepto precio competenti de lo-
cis vestris ad alphuam trabes sine aliqua dilatione deveha-
tis Curatis et nostra ordinatio sortiri possit effectum. et per-
ceptis mercedibus. nec vos videamini sustinere dispendium

Viro Illustri Comiti
Ut si quis lite impulsare voluit quosdam
orphanos causam ipsam transmittat ad suum Comi-
tatum

Innocentie professio est nostra elegisse
provinciam. ubi nec violentie locus datur, nec ava-
ritie vitia formidantur. Carentes autem publica pa-
tris auxilio nudati. multorum se iniurias testantur expo-
ni. quorum adolescentia per viam videtur incommodis. tam fa-
cile possit surripi, nimium patrocinio destitutis. Et ideo
nostrum invenitur presidium. a quibus se calliditas non abstinet
improborum. Proinde sublimitas vestra tenore presentium iussionis
agnoscens, supramemoratos adultos si quis iurgantium pul-
sare maluit. ad nostrum comitatum noverit dirigendos. ubi
equitas et innocentia profugium et calumniatores sensus presentis
inveniant districtum

Iohanni Viro Illustri Comiti
De his qui in furorem excitati quosdam impi-
gnoraverunt de facto contra decreta legum

Ferum est inter iura publica privatis odiis licentiam
dare. Nec inconsultis fervor animi est ad arbitrium
suum indicandus. Iniquum quippe animus est. quod

Delectat iura fructus iusta non sentiunt, quia quadam commoti
incondite serviunt, rerum temperantiam non requirunt. Hinc
est quod legibus recepta est sacra reverentia, ut nihil manu nihil
proprio ageretur impulsu. Quid enim a bellica confusione di-
stabit pacis tranquillitas, si aliis quam per iura litigia ter-
minentur. Provincialium igitur Campaniae atque Samnii
suggestione comperimus nonnullos neglecta temporum disciplina
ad pignorandi se studia contulisse, et quasi edicto misso
per vulgus votorum licentiam fuisse successisse. His multo at-
rociora iungentes alienis debitis ad solutionem alios trahi,
solam quam causam probabilem videri, si aliqua debitori potuit
vicinitate coniungi. O iniquum persuasionis errorem: diiudicatur
causa germanis, refugiens obligationibus paternis, si non sit
heres exstitutus, uxor maritalibus debitis, cuius pro successionis
vinculo non tenetur. Et audacia ad solutionem trahit extraneos,
cum absolvant iura coniunctos. Hoc hactenus fieri nostra igno-
rantia fortasse pertulerit, nunc necesse est remedium de legibus
habeat, quod nostra potuit intrare notitia. Proinde pro-
vincialis programmatis tenore comperto spectabilitas vestra ad
cunctorum faciat notitiam pervenire, ut quisquis quod repe-
tere debuisset pignorandi studio fortassis invaserit,
vocem iuris amittat. Nec liceat cuiquam sua sponte nisi
obligatum forsitan pignus auferre. Si vero alterum pro al-
tero quod dici nefas est pignorare maluerit, in duplum
cui rem fecit direpta restituat, quia scelera damna
plus cohibent, et sola detrimenta cogitant, qui pudoris
ferre iacturam. Tenere vero abiectae redhibitionis fortunam
patrocinium tenuitatis fecerit, pro admissi qualitate fortioris
in eum fustuario supplicio vindicetur. Non enim patimur impu-
nitum, quod nolumus esse permissum.

Senatori viro Comiti privatorum

Ut diligenti examinatione discutiat causam

Opes est certa remedii vota supplicum ad principis re-
misisse iudicium, ut per ordinationis beneficium confusi-
onis abrogetur incertum. Proinde magnitudo tua
tuae ordinationi videtur subiacere provinciam, inter
possessores Volienses atque curiales causam tuam dilige-
nti examinatione discutiat, quatenus eos sopiatur querela
a nobis patefacta iustitia. Non enim decet post audientiam
vestram negatum trahi ad quo post alios iudices debuisset
audiri.

Marabaldo viro comiti et Gemello senatori

Ut destituat causam ubi quedam mulier viro
suo postposito alteri adhesit

Propositi nostri est ut provincias nobis deo auxiliante sub
iectas sicut armis defendimus ita legibus ordinemus
quia semper augeri constat observata iustitia Et quamvis
probabili institutione muniatur tamen studiis adhuc
prosperitatibus aggregatur Archotamia itaque illustris femina fle
biliter ingemiscens nepotis sui calamitatem tali conquestione
deploravit quod semper a me cura tenerior est filiorum asserens
Etheriam nurum suam mariti sui postposita dilectione cuidam se
liberio iugali federe sociasse Et cum ornatum cupit novus tha
lamus apparare studuerit sponsis viri facultates evertere allegans
dictum filiorum spoliis quibus magis decuit congregari Ideo
quod nos qui desideria supplicantium consuevimus committere ad
statuta divalium sanctionum ut sic insinuatione supplicum re
curramus nec adversary negotium credula facilitate damnemus
sublimitati vestre [illegible] hanc causam legibus committimus audi
endam Et si in negotio civium in civilitate submota [illegible] sac
sanctis evangeliis cum tribus honoratis quos partium consensus
elegerit qui legum possint habere notitiam quicquid prisci iuris
forma constituit ut eos considerata disciplina nostri temporis
proferat Quia non decet per vim eos aliquid agere qui ad
nostra meruerunt regimina pervenire

Senatorie viro illustri comiti

Ut prebeant necessaria exercitui

Emolimenta deesse laboratoribus non oportet ut et
bone spei appariatur aditus et desudantium querela
iusta compensatione claudatur Atque ideo providentiam
nostram que omnes reipublice partes sub celesti favore cir
cumspicit ordinasse cognosce ut [illegible] Colliste illustri viro
pro laboribus et armis ad Sirmiensem Pannoniam destinato
iuxta consuetudinem vestram victualia prebeantur Quatenus
dum memorato viro necessaria fuerint preparata totus mini
stris possessoribus abrogetur Disciplinam siquidem non potest ser
vare ieiunus exercitus dum quod deest semper presumit ar
matus Habeat quod emat ne cogatur cogitare quod auferat
Necessitas moderamine non diligit Facere potest comparari multis
quod nequeunt custodiri paucissimi

Gesille Sayoni comiti

Ut compellat tributa soluere qui possessiones retinent

Magni peccati genus est alienis debitis alterum pregrauare, ut qui potest exigi non mereatur audiri. sua quemque damna respiciat. Et hic soluat tributum qui possessionis nostre habet compendium. Quapropter presenti tibi auctoritate delegamus, ut Gotti per Picenes siue Thuscias utrasque residentes te imminente cogantur exsoluere debitas functiones. In ipsis enim initiis reprimendus excessus est ne feda imitatio quasi turpis scabies paulatim reliquos complectatur. Si quis ergo iussa nostra aggressus spiritus inde superatus abiecerit, casas eius appositis titulis fisci nostri iuribus vendicabis. Ut qui iuste noluit parua soluere rationabiliter videatur maxima perdidisse. Qui enim debent ad fiscum celeriores esse deuoti, nisi qui capiunt commoda donatiuis quod amplius de nostra humanitate recipiunt, qui stipendia nostra consequuntur. Nam si liberalitatis nostre causa tractetur, nos potius voluntaria tributa soluimus, qui fortunas omnium subleuamus

Geneuaro viro Illustri Senatori

Ut loco dromonariorum qui morte perierint alios requirat

Illustris et Magnifici Forti comitis patrimonii suggestione comperimus dromonarios xx et i de constituto numero mortis incommodo fuisse subtractos. Unde prouidentia nostra cura est per nos quod casu subducitur reparare consilio, hoc statuisse cognoscite. Ut supradictos dromonarios probare sine aliqua dubitatione festines, qui tamen ad hoc opus possint idonei reperiri. Remigum enim labor oppositis valentes animo et viribus querit, ut confidentia mentis procellis obuiare possit undosis. Quando enim audebimus qui illud infidum ac vastissimum mare paruo intrare nauigio, quod eluctari fiat desperationis sola presumptio. Quapropter iussis nostris hanc cautelam habere te conuenit, ut querelam de congregatis debilibus non facias, sed nos robustissimos quesisse cognoscas

Senatui urbis Rome

Quendam sapientem qui fuerat ad Gallias pro Rectore destinatus Recommendat Romanis.

Utilitatis publice causa quia noster animus semper exspectat, comitem illustrem Arigernum spectabilem etiam aulicum concivem pene vestrum, iudicem ad Gallias estimavimus dirigendum, ut eius maturitate consilii titubantium potuissent corda firmari. Novitate quippe sollicitanti prudentes decebat habere rectores, ut quemadmodum vite formatur ordo, sic curata constituta devotionis rebus ad nostra vota compositis et gloriam utilitatis retulit. Et quod inter vos didicit diligenter studens bellorum insignia reportavit, que desideratum sicut putamus certius vestre reddidimus, ut qui longa etate vobis placuit nunc gratior fiat cum adiecta bona commendant. Quapropter discipline sic flat, tum eius adiecta bona commendant. Quapropter discipline sic captati viri romanus ordo restituat, et quod quietis amore sapitur devotis animis impleat, et excessibus tollatur licentia. Et quod optamus maxime nequeat locum invenire vindicte. Si qua etiam per eius absentiam culpa provenit inter vos, iustitie consideratione corrigite. Sit nobilitati vestre decorum agere, cui semper probitas placet. Quem nos specialiter iniunxisse cognoscite, ut error qui ab auctoribus suis minime fuit emendatus, legum districtionibus resecetur. Spectatur ergo patres conscripti vestro iudicio temporibus nostris probatum, quem est predicanda sequi, qui se hactenus sub vestra omnium laude tractavit. Et in tanta frequentia nullius recepit adversa iudicia.

Ide viro Sublimi Duci

Ut possessiones ecclesie a quibuslibet persuasoribus occupatas procuret restitui

Dignitatem item ab antiquo rege quantum eam constat rationabiliter esse delegatam, ambiguitate nulla volumus titubare. Una debet firmum esse quod commendatur probabili iussione. Sed cum priora quassemus, ubi vile est quod corrigere debeamus. Atque ideo presenti auctoritate tibi precipimus, ut possessiones Narbonensis ecclesie, sicut dudum per clementie recordationis Alarici precepta, etiam a quibuslibet occupate persuasoribus teneantur, equitatis facias contemplatione restitui, quoniam adversari nolumus in ecclesie dispendio presumptiones illicitas. Dum iura debeat tempora sedare confusa. Esto itaque talia omnino sollicitus, ut qui de bello clarus, civilitate quoque reddaris eximius. Sic et arma tua deo iuvante corroborabis, si iustitiam cum devotionibus servare contendas.

improbitatem potuisse resistere non praevaleo excusare. quando quis sibimet libenter ei cedunt, qui gloriosum in bellorum certamine cognoverunt. Ignavis forsitan audacia urbe nil possit Servino plus praesumentibus comparat. qui quae sua sunt commendant.

Annae viro senatori comiti

Ut scrutetur si presbyter accusatus effossis funeribus quesivisset aurum in tumulis, qui ut convictus puniatur

Consuetudo est nostrae clementiae probatae nobis fidei agenda committere, ut cum iudices tractatui maturo delegamus electos, locum prava nequeat invenire surreptio. Dudum siquidem ad nos multorum suggestione pervenit Laurentium presbyterum effossis funeribus funestas divitias inter hominum cadavera perscrutatum, et offensionem mortuis intulisse, quem oportet viventibus quieta praedicare. Non abstinuisse perhibetur tam crudeli contagio pias dextras consecratas, conditorum manus aurum execrabili quesivisse fertur affectu, cuius suum deceret egentibus dare substantiam, vel sub aequitate collectam. Quapropter diligenti examinatione perquirimus indagari, ut si veritati praesumptio convenire hominis ambitio, eo tantum fine concludas, ne possit sumere quod eum non licuit invenire. Scelus enim quod nos pro sacerdotali honore relinquimus impunitum, maiore pondere credimus commendandum.

Geruleo viro senatori sublimi

Ut nundinatores frumenti vini et olei libere veniant ad portum

Decet principalem providentiam fessa refovere, ut asperitatem casuum mitiget lenitas iussionum. Nos enim sentit incommodum, si quid per adversitatem constat oppressum. Concessa prosperitas onerat, sublevatur siliquatici exactione, quam rebus omnibus nundinandis provida definivit antiquitas. In frumento, vino et oleo praesenti tempore non iubemus, ubi haec remissio solutionis copiam possit praestare provinciis. Et respirent aliqualiter fessi praesenti salubritate decreti. Emunt cum ad vendendum non minatur largius, cum solita dispendia subtrahuntur. Portus nostros naves veniens non pavescat, ut certum possit nautis esse refugium, si manus non incurrerint exigentium, quos frequenter plus affligunt damna, quam soleat invigilare naufragia. Sit hoc forsitan subiacere tolerandum, nunc aut divinis provincialibus praestare cupimus. Quocirca dominis interim consulamus.

Heberio viro sublimi senatori

Ut agri ab antiquis principibus sancte donati ecclesie restituantur

Si desideramus locum bonitatis invenire. ut titulos
nostre possimus pietatis erigere, quanto magis aliena bene-
ficia volumus intacta defendi: qui propria cupimus
sponte largiri. Maxime quando et illud conscientie
iure reponitur, quod de fisco sub antiqua solemnitate prestatur
Proinde viri venerabilis episcopi Constantii supplicatione com-
perimus sacrosancte ecclesie ipsius unum agrum veterum princi-
pum largitate collatum, et nunc quorundam usurpatione violenta
teneri. Sed quia nos viri nullum volumus fraudibus suis
presertim dum in dispendio pauperum detestabili cupiditate [illegible]
presenti auctoritate decernimus, ut ea que retro constituit huma-
nitate principum deputata. supramemorata ecclesia sine aliqua
imminutione percipiat. Manente pena etiam pervasori, qui
et veterum dona et ecclesie probatur violasse compendia

Gemello viro Senatori

Ut quosdam [illegible] repertos perducat ad iudicium qui de artibus magicis accusantur ut puniantur

Quamvis efficaciam tuam credamus consistere in cunctis.
et studiose deflectere que nobis cognoscis displicere.
tamen sollicitudo admonitio nostra non deserit. ut instruc-
tior reddaris dum infra scriptis brevibus suscipis definita. Provin-
ciarum ordinatio cura multiplici conteri debet ingrata cum necessitas
temporis excusset onera iussionis. Esto itaque ad iniuncta solli-
citus, quia licet sit semper adhibenda magis tamen utilis
est in necessitate custodia. Parebis ergo admonitis. ut sic possis
cum provincialibus agere, quemadmodum nos respicis velle pre-
stare. Eruntque securus de nostra gratia consequaris. quicquid solli-
citus in bono. de proprio studio contempseris

Argolico viro illustri prefecto

Ut causas quorundam qui de magicis artibus incusantur examinet

Intollerabilis excessus est. qui superne maiestatis
affectat iniuriam. et oblitus pietatis crudelia sectatur
erroris. Que enim sperabit venie locum. qui reverendum
contempsit auctorem. Abscedat ritus e medio iam

profanum conticescat penale murmur animarum Versari non
licet in magicis artibus temporibus xpianis Magnitudinis itaque
tue revelacione comperimus Basilium atque Praetextatum artis sini
stre iamdiu contagione pollutos in accusacionem tui gravis
personarum intencione devictos Super qua re te nostrum asse
rere expectare sinaz ut confidencius fiat quod pietatis vestre man
dat auctoritas Sed nos qui nescimus a legibus discrepare
quibus cordi est in omnibus moderata tenere iusticiam presenti
auctoritate decernimus ut tu quoque Senatoribus et magnificis pa
tricijs viris Simacho Decio Volusiano atque Celiano et mag
nifico viro Maximiano habita causarum legittima examinacione
pensetis et per omnia iuris ordine custodito si crimine quod
intenditur fuit comprobatum parum legum quoque districtione ple
ctatur ut rei absoluti atque secreti per hoc vindicte genus a
culpis talibus arceantur quos ad leges trahere non potuit iniu
sta notitia De qua re Illustro viro Comiti Arrigno precepta
direximus ut omni violenta defensione submota si se occul
tant ad iudicium protrahat impetitos ut vobiscum in hac
causa residens nec opprimi faciat innoxios nec leges sinat
evadere criminosos Arrigno viro Comiti

Ut ubicumque quosdam repertos perducat ad iudi
cium qui de artibus magicis accusantur et

Quamvis oporteat commissam tibi dispositionem Romane
civitatis in omnibus custodiri tamen
in illis amplius studiosior esse debes que nostra
tibi auctoritate delegata esse cognoscis Ut tanta te au
geat gloria custodita iusticia et augmenta sublimas nostri
iudicij qui probe de integritate hactenus placuisti Et pre
fectus urbis sua nobis relacione declaravit Basilium atque
Pretextatum magicis artibus involutos impeti accusacione multo
rum quos custodijs intimat alienacione mentis elapsos Hos
te precipimus ubicumque receptos ad iudicium quinquevirale
perducere quod in presenti negocio nostra delegavit auctoritas ubi
te residere censemus Ut violenta omni defensione submota hac
causa discuti faciat legibus et finiri et si rei criminis cuius
impetiuntur fuerint approbati sinaz subeant quod iuris
definita sanxerunt Si vero innocentia eorum detestabili
presumpcioni contraria nulla eos vinculo opprimi paciaris quia de dubius
causis consideracione divina velut fieri volumus quod opinionem
nostre pietati accumulat

Helpidio Diacono
Donat antiqua loca desolata in libertatem

In litteris reddit que bene meritis confertur et de ipso munere magis acquiritur cum optimis digna praestantur. Petitionis tue proinde tenore comperimus loca in Spolithana civitate que iam longo situ squalor vetustatis obtexerat splendore reparationis expetere ut rebus antiquitate confusis novitatis facies adulta reddatur et beneficio tuo rediviva consurgant que annositate inclinata corruerant. Cuius nos respectu fidei tuorum et impensi longa sedulitate servitii libenti animo duximus annuendum ut et votis iusta poscentium tribuatur effectus et civitati reparationis crescat ornatus. Atque ideo petitioni tue robur praestiti humanitate largimur ut porticum cum areola postulata sicut tibi publico usui non deserviunt absoluta liberalitate potiaris quia insistentia reparationis accipiunt potius prima quam donantur. Hac igitur auctoritate suffultus in supradictis locis existituras firma securitate fundabis nec aliquam in posterum metuas questionem cum te et civitatem tueatur utilitas et recurrenti principis voluntas

Argolico viro illustri pontifici
Ut quem videt bene meritum promoveat ad senatorium ordinem candidatus

Constat eum de se presumere qui ad sacratissimi ordinis cupit fastigia provenire. Merita enim suggerunt bone appetentie cursus et in qualitate desiderii sic mens honesta cognoscitur. Quis enim palestrice artis ignarus in stadium luctaturus introeat aut quis certamini ministratur quod sibi conscientia non suadebit. In ipsis conatibus extra languescunt qui meritorum suppetentibus vacant. Sponsorum quod professio est collegium desiderasse senatorum bonum quod de se indicium tradit qui celsos gradus expetit dignitatis. Ad his quod desideriis pietas se semper indulget qui etiam in spem erigimus vota nascentia sic diu provectis cumulatur probitatis studia plus amentur. Proinde illustris magnificentie tua Petrum parentum luce conspicuum sua quoque iam gravitate senatorem in albo sacratiori dum

secundum pristinam consuetudinem curret tessera. Ut et tanto
cetui proficiat quibus et candidatus de sacro ordine crescat
ornatus. **Universis in Massilia constitutis**
157 **Approbans ipsorum immunitatem antiquam**

Ferventi animo antiqua circa vos beneficia custodi-
mus et nova praestare vestris utilitatibus cupimus.
Servare quippe terminos ignorat humanitas
et novellis decet blandiri beneficiis post lon-
ga tempora constitutis. Proinde immunitatem vobis quam
regiorum virorum constat principum privilegio consecutam hac
auctoritate largimur. Nec vobis aliquid novae superscriptionis
patiemur imponi, quos ab omni volumus gravamine vindicari.
Censum praeterea praesentis anni relaxat vobis ministerium principale
ut et illa possitis accipere, que vobis non contingit postulasse.
Ipsa est enim perfecta pietas, que antequam flectatur precibus, no-
vit respicere fatigatos.

Tertulliano Saioni
**Ut debita iniuste per quendam officialem exacta
duplicata leso restituantur**

Detestabilis est quidem omnis iniuria et quicquid
contra leges admittitur iusta exsecratione damnatur,
sed malorum omnium probatur extremum, unde detri-
menta sustinere, unde creduntur auxilia provenire.
Exaggerat enim culpam incontrarium versa crudelitas, et maius
reatum pondus est sine forma datum decepti. Virtutis itaque spectabilis
Petrus admirandi nobis forte conquestus est, Saionis
amare tuitionem, quam ei contra violentos indulsimus, in se
potius fuisse grassatam, ita ut ictu gladii in se diversum
aliquatenus hostis vector retardaret, obiectu subiecta quae est vol-
nerari manus, que ut in totum truncata non caderet, iam arte
percussa robora praestiterunt. Sed sibi lassato impetu, corruisset fra-
actis corporis extrema perstrinxit. Execrabili casu auxilium sine
hominem impugnat, et solacio prosperitate subtracta tenuerit
ex defensione civitatis. Huiusmodi multo atrocior subinfertur
et quasi legio premeret ad pretium. Ita scelus prius enormi
exactione tractatum est. Atque ideo iuste in illos pietatis nostre
ira consurgit, qui benigna iussa in truculenta ministeria

imitauerit. Illam que erunt refugia supplicantibus, si et
nostra fuerit iussione vulnerabilia. Proinde speciali iussione censemus
ut quicquid supradictus Amara comodi nomine de causis
memorati supplicantis accepit, quasi oppugnator ingratus
a te constrictus in duplo ei cogatur exsolvere, quia sub pena
restitui dignum est, quod improba temeritate constat ex-
tortum. De plaga vero quam educto gladio temerarius pre-
sumptor inflixit ad iudicium comitis Dode dictus Saio
te compellente veniet audiendus, ut secundum auditorum
seriem que in male commissa claruerint sine aliqua dilatione
componat. Cautionem vero postulanti contra inciviles
impetus ex nostra iussione salva civilitate prestabis, non
exemplo accusati, sed consideratione decenter electi

Dode viro Senatori Comiti

Ut cognoscat causam supra scriptam ubi
quidam officialis quendam vulneravit

Conscientiae propositum est, cui iudicanda committimus,
exima dignus est qui alios sequenda decernit, qui
sibi modum non potuit legitime conversationis imponere.
Petrus itaque vir spectabilis Amaram Saionem
nostrum, qui contrario nomine pro eius tuitione directus est,
educto gladio se asserit vulnerasse, defensorem quem fecisse
quod vix potuisset inimicus audere. Hoc te et legittima
volumus disceptatione cognoscere et probabili sine terminari
ne quis similia temptare ausus sit, quod nobis displicere
cognoscit

Argolico viro Illustri

Reprehendit pro eo quod tum quesierint
incomoda qui debuerint optare augmenta

Si excellentiae cura Romanae civitati potius commit-
titur auctoritas, vestro illa debuerat expetere, in
quibus arguimini minime spectare. Quis enim
potuisset credere vestro tempore talium cogitare, cum
apud quem incrementa Senatus, quicquid fame consulitis prosit,
quod ordo sacer adquirit. Sed quantum viri clarissimi Armen-
tarii testatur missa suggestio in contrarium fervido ambitu
de mora eius ordinis quaeritis incommoda, cum optare debetis

augusta. Quid enim amplius esse possit incongruum quam nostris iussionibus expeditis supplicantium vota suspendere et post sacre preceptionis affatum, si dici phas est, adhuc aliquid suspendisse iudicium. Sed nos quibus cordi est post primam culpam non statim desiderare vindictam, admonitionem potius iussa condicimus. Sic sit vera districtio in nimia qua lenis pacientia non precedat. Ideo quia primi auctoritate decernimus ut iussionibus nostris nulla dilationis calliditas differat asserat. Quia suo habet venie locum qui delinquit admonitus.

Albino viro illustri patricio

Indulget ut in domibus desolatis et dirutis habitationes edificet

Decet quidem cunctos augusta sic patrie cogitare sed eos maxime quos respublica sibi plurimis honoribus obligavit. Quia grato rerum est ut illi necesse esse plus debere qui consuevit maiora suscipere. Porrecta itaque supplicatione testatus es turbe porticum que post domum palmatam posita forum in modum aree decenter includit, superimponendis fabricis licentiam condonari, ut et ornatum eius habitatio protendatur et antiquis menibus novitatis crescat aspectus. Ita fit ut quod per incuriam poterat labi, manentium videatur diligentia sustineri, quia facilis est edificiorum ruina incolarum subtracta custodia. Citius enim etate vetustatis detractione resolvitur quod hominum presentia non tuetur. Unde qui urbem fabricatam cupimus nitore temporum surgentium facultate concedimus postulatam. Ita tamen si res petita aut utilitati publice non officit aut decori, quia ipsis rebus sperat statuis communite, ut dignus Romane fabrice habitator appareas. Perfectum quippe opus suum laudet auctorem. Nulla enim res est per quam melius possit agnosci et prudentis ingenium et largitatis affectus.

Emiliano viro venerabili episcopo

Ut aque ductum quem inchoavit celeriter perficiat

Ad finem debent perduci que prudentium intentio visa est suscepisse, quia sicut perfecta laudem pariunt ita et vituperationem generant que in mediis egra

conatibus deseruntur. Defectus enim rerum aut consilium titubare aut vires arguit defuisse. Quapropter Sanctitas vestra a tali oblocutione refugiens Nam que in aque ductu reficiendo probabili cura ex nostra auctoritate suscepit celeriter ad effectum faciat pervenire Nam quid aptius quam ut sicienti plebi provideat aquas Sanctissimus ille sacerdos et humana providentia eos saciet quos etiam miraculis pascere debuisset Imitatus enim antiquissimum Moysen qui Israelico populo longa ariditate siccato de saxi sterilitate latices copiosos eduxit et ad implendum miraculum modo fecit currere humidos liquores ubi erat sicca ariditas Etenim ante si fontes irriguos saxorum constructione deducis hoc labore tuo perficis ipse quod ille miraculis

Deode Saroni

Ut quidam super rebus testatis conveniantur

Cum in omnibus causis velimus iusticiam custodiri quia Regni decus est equitatis affectus in eis maxime que fisci nostri nomine proponuntur ne quemquam detestabilis calumnia invidiam regalibus affligat Patimur enim superari salva equitate per leges ut inter arma semper possimus esse victores Nam qui licenter subiectos superat ille debellat adversos Marini itaque relatione comperimus res testatas apud Johannem quondam sub emissione cirographi fuisse depositas Et quia competere nobis manifestum est quod ad perscriptum poterat negocium pertinere Ideo quia presenti auctoritate sapimus ut virorum super dicti Johannis filium quia eius dampnatum moderata executione convenias Et si testata minime se retinere cognoscitur equitatis consideracione restituat vel adminiculo competenti sponsione firmisse ad consularem Campanie veniat legibus audiendi ubi coram partibus positis te intimante quod forma continet sanctimonium diiudicium censeatur. Ita tamen ut nullo compendio nulla iniuria nullo dampno innocentia pregravetur Nec alicuius accusacionis invidiam tua facere videaris officia

Iudeis Janue morantibus

Virtutem legum civiat et describit et annuit ut salvent privilegia Iudeorum

Custodia legum civilitatis indicium et reverentia priorum prin-
cipum nostre quoque testatur devotionis exemplum. Quando
enim melius quis plebem sub precepto degere velle in-
stitue ut conventus multorum disciplinabilium sit a-
divinato voluptatum. Hec enim prelos ab agresti vita in
humane conversationis regulam congregavit. Hec ratio a
feritate divisit ne arbitrio casuali vagarentur. quos di-
vina regi consilio voluerunt. Oblata itaque supplicatione
depositis privilegia vobis debere servari que iudaicis insti-
tutis providentia legum promulgata decrevit antiquitas. Quod
nos libenter annuimus. qui iura veterum ad nostram cupimus
reverentiam custodiri. Atque ideo presentium auctoritate censemus ut
quecunque legum statuta cognoverit. circa vos illibata ser-
ventur. Ceterum quod ad civitatis tecnum constat esse rep-
tum. devotionis prespecti teneatur

~~Dode~~ Dode Saioni   Dictum

Ut perquirat aurum et argentum in terra custo(ditum)

Prudentie mos est in humanos usus thalenta
terris abdita revocare. commercium quoque viventium non
dare mortuorum. quia et nobis infossa pereunt.
et illis in nullam partem profutura relinquunt.
Metallorum quippe ambitus solatia sunt hominum. Nam di-
vitis auri vena similis est. ceteraque terre si iaceat vili-
trescit ad pretium. Quando et apud vivos sepulta sunt
que tenacium manibus includuntur. Atque ideo moderata
iussione decernimus ut ad illum locum in quo latere plurima
suggeruntur sub publica testificatione convenies. et si aurum
ut dicitur vel argentum fuerit tua indagatione detectum.
compendio publico fideliter vendicabis. Ita tamen ut abstine-
atis manus a cineribus mortuorum. quia nolumus lucra
queri. que per funesta possunt scelera reperiri. Edificia tegant
cineres. columpne vel marmora ornent sepulcra. Thalenta
non teneant. qui vivendi commercia reliquerunt. Aurum enim
sepulcris iuste detrahitur. ubi dominus non habetur. immo
culpe genus est inutiliter abditum relinquere mortuorum. unde
se vita viventium possit sustentare. Non est enim cupiditas eri-
pere que nullus se ingemuerit dominus amisisse. Nam
cum dicitur aurum Eacus argentum Indus Scithie
repperisse. et hec humano usui summa laude tradidisse. quod
enim in contrarium vivos negligere non debemus. Ne sicut
latentia cum laude sunt prodita. ita inventa cum vitu-
peratione sentiantur esse neglecta

Senatoribus viris illustribus
Restituuntur bona heredum in integrum

Consulto provida decrevit antiquitas minores contractus liberos non habere ut et insidiantium laquei frustrarentur et lapse etatis libertati subveniret. Obstruitur quippe innocentia si relaxaretur astucia essetque quod timeret fallendi studium si fraus subrepticium lucraretur effectum. Et ideo ex consuetudinis supplicatione porrecta suggerit patronum vestrum in annis minoribus constitutum in facultatibus suis potius aggregasse dispendia. Quod ignara simplicitas contrarium gerit quae proficua putavit. Et nunc in tempore etatis aggreditur quo se ignorantiam lapsus subvenire posse allegantes ut quod iura tribuerint nostra quoque beneficia largiantur. Atque ideo si petitio vera a veritate non deviat et intra spacia degit quibus hoc beneficium leges sacratissime constituerunt. Et si tale est quod contra pactum non reservatur patronum solemniter causa cognita in integrum eum restitui iura quoque premittit auctoritatis nostre tantummodo ut omnia secundum leges et iusticiam peragantur. Clementia sic supplicantibus consulere volumus ut adversarios per ministerium non gravemus.

Faustino preposito
Relaxantur tributa provincie per quam exercitus transiens sata eorum vastavit

Prudentissimi principis est gravantibus imminutis relinquere tributariam functionem ut redivivis sumptibus adimplenda solemnia recreentur qui pressi summotionis acerbitate defecerant. Illa si fisco cunctis relevantur omnibus. Ex necessitate enim iacere prostratus melius est eum damna contemnere quam exiguo questu perpetua comoda non habere. Atque ideo illustris magnificentia tua provincialibus Alpium Cociarum assem publicum per indictionem tertiam nos relaxasse cognoscat quos transiens noster exercitus more fluminis dum irrigavit oppressit. Nam licet generali securitate fremitu adiuvacione prorumpit. Transiens tamen eorum culta vastavit. Recedit enim semper flumini alveum suum

et licet emollit egrediens urina fecundet illud tamen
reddit sterile quod collectus influxerit. Vnde necesse
fuit cuncta vastatione deiceret porrige dexteram saluta
rem ne ingrati dicant se perisse solos pro defensione
cunctorum. Misceantur potius letitie qui tantum utilius de
fensoribus prestiterunt. Tributa enim a tristibus non debent
exigi per quos tributarios fecimus adquisitum. Dicit pro
illis noster animus quod exegi non potest imputare
subiectis. Eterna enim dispendio prosperitati Gottorum
nos exercitia prebuimus, ut hostes vincerentur illesus

Theodosio viro illustri

Ut causam prius litigatam et iudicio defi
nitam non sinat iterum lite resumere

Decet prudentie vestre curam subiectorum negocijs adhi
bere custodiam, quia nostris ordinationibus illa fieri
debent que regia precepit demonstrare sententia. Sic
enim credimus fama inmemor natalium tuorum. A
te abicias omne vitiosum. Et illa sola diligere possis que
et nos amare cognoscis. Probatorum forsitan oblitterentur
exempla elongantium se a genere moris sunt facta recordari
Similes autem filij patrum preconia mox sequuntur. Renatus
itaque flebili nobis aditione conquestus est. Nobis delegantibus
cognitores, iudicatum se contra Tinquilinum nomine
post longa intervalla temporis vicerisse. Et exinde. Dam
nis quam conspectu nostra causam prosperasse iustitiam Nec
tamen litigantis improbam cessare calumniam. Dum regi
minis licentibus temeritate consequitur suplicantis et necessa
tum contemnendi votum quam quesisse videatur adversarij detri
mentum. Quapropter si nobis iubentibus iudicata cognoscit
nec constat adversarium provocasse legaliter finitum iure nego
tium, in sua maneat firmitate. Ne longa questio liti
gantium non tam exigeat patrimonia sed evertat, et quod fit
ambitu litis causa videatur esse dispendij

Fausto prepositio

Ne graventur censibus in terra sterili constituti

Cum omnes reipublice nostre partes equabiliter
desideremus augeri. Crementa tamen fiscalium tribu
torum. Iustissimo sit pensanda iudicio. Quia ser
vientium imminutio est huius illationis accessio

quadibus pars illa prosit tantum se hec firmitate subducat
Sed a nobis qui fisci utilitatem stabilem volumus diuturnitate
consistere excludenda est dispendiosa semper enormitas Ne
augmento suo timens summa deficiat. Incipiat ergo magis
decrescere quia ipsa est immaniter decrevisse Provincie
illustris magnitudo tua Granatianos atque Pontinatos
nobis supplicasse cognoscat a Marnario sed et probo dis
cussoribus magnis se oneribus ingravatos Et sicut iam re
ruina locorum multa sibi augmenta fieri speciatur Et re pu
gnante siquidem via quelibet cedit industria. Nec prodest
studium laboris impendere quod ubertas loci non agnoscit
adiuvare Ubi post tempus gratum ubi cultura proficit unde
et varia tributa quia suo est agrorum bona fecunditas
atque dicto consuetudine eis censemus removenda esse tempore
ut sicut ordinatus ipse tributa solverunt ita et nunc
ab eis publicis utilitatibus serviatur Et si quid amplius
probatur adiectum consideratione defectuum virium summo
vemus Nolo enim tale aliquid imbiti quos sit crevisse re
monere

Viro illustri Patricio

Ut qui bona minorum diripuerint per pote statem restituant

Inter ceteras quibus humanum genus sollicitant illecebras
precipue vitanda est alienarum rerum turpis ambitio que
in immensum iacta rapitur si iustitie ponderibus non
firmatur Avaritiam siquidem radicem esse omnium malorum et lectio
divina testatur que talis sorte potita est ut cum cuncta ra
piat semper egeat. Una pro cupiditate ingens miseria sit utique
animis nostris tale scelus ut illi nec initia contagionis unde
cum fiant fortes amorum in splendore natalium. Illud te
potius decet eligere quod nos possit ornare Spectati san
guinis virum non decet vestigare desiderium quem in gemma
sui esse conspicit purpuratum Corrigimus itaque te per
inmutantem patronum cui nihil adhuc non debemus esse di
stricti Domitius itaque vir spectabilis data nobis suppli
catione conquestus est possessiones iuris sui eundem ab homini
bus tuis ausu temerario neglectis legibus fuisse per
vasas Quod cunctis oportuit recipi si iure videbatur exposci
Sed quia de vobis non patimur dictum obscura iactari qui
generis claritate fulgetis priori auctoritate censemus

Ut imminente Duda saione nostro si momenti tempus suffragatur occupata, quinpro cum omnibus que direpta sunt supplicanti faciat sine aliqua dilatione restitui. Et si quicquid partibus vestris de legibus credit posse competere, instructas personas ad urbis Comitatum destinare vos condecent, ut in contentionibus partium sub equitate discussis feratur sententia, quam iuris dictat auctoritas. Studiosos quippe vos omnia convenit sub inmoderata cupiditate peragere, quia tantum potentibus lesionis crescit invidia, quantum premi posse creditur qui fortuna inferior comprobatur.

Castoribus improbum
De relevatione oppressorum

Constitutionis aliqua iubere compellimur amore iustitie, dum circa minores fortunas clementiora sint pietatis instituta. Trahit enim ad misericordiam, qui potuit subdi. Et hoc habet beneficium mediocritatis sue, ut probatione salva interim moveat ad dolere, quia crudelitas sublevat humiles, premunt invidia potiores. Data itaque precibus allegavit Basilium virum spectabilem iura eius preceptum invenisse, ut possessio Arthmatina, quam patronus vester a longe eius acceptam iuris fuerat solemnitate mercatus, postposita dilatione ad dotimet omnibus perdite collugi reddet. Dum se a suis penetralibus sollicitatam lacrimabiliter queritur exponi, advertentes more iustitie pauca fuisse percepta, ut si patroni vestri de cause qualitate presumerent, ad nostrum comitatum actus destinarent, ut que ratione convenire poterat velut a iustitie fontibus emanaret. Quapropter si cuncto emendatam invenimus asserta, per officium nostre sedis Basilium decrevimus admoneri. Ut si cuiusquam est quod pro suis partibus possit opponere, cominus in hac causa compulsetur vestris intentionibus responsurus, occurrat seu ad comitatum venire, seu in competenti foro iurgare maluerit, quia nullius necessitate longinquitatis imponimus; sed qui suis commodis hoc expedire cognoverit, in locum sequendi cuius putaverit damnis et labore non debet invitus imponi, quod meretur optari.

Johanni archiatro
Similiter de relevatione oppressorum

Propositi regale est pressis labe fortune pietatis re-
medio subvenire et acerbos casus minuere. meliore
sorte fruiture data siquidem supplicatione conquerentis
viri spectabilem Firmianum legum artificio quo callet
elatum persona tua obiecit tibi criminationibus insectatum et eo
usque pervenisse ut indefensus contra iuris ordinem vicarii
urbis Rome sententia damnaretur. Velut autem religiosi gu-
tis assistens odia curialia damnasse. auctori quoque suo tuum de-
plorasse periculum. Et dicto si cunctis impugnatoribus
enervarant asserta lesione tuo patrimonio inferris inherere. qua
sub constiterit machinatoribus displicere. Quapropter in oblivi-
onem missa sua. que a vicario urbis Rome super hac parte
cognoscitur promulgata patrie te omnibus quoque rebus tuum reddit
auctoritas. ut dicet nullo tempore calumniam super hac parte
formides. sed ne cuiusquam forsitan presumenda temeritate
in te impetum reparare possit audaciam patricium Albini sal-
vis legibus tuitione te deputata communivit. quia quod
erga eum fieri volumus incivile. tamen quotidianum labor
est pro generali quiete curare

Argolico viro pontifici
De pietate et defensione humilium

Bene pupillaris clementia suscipit. quos pietas pat-
erna destituit. quia sub parente publico genitoris
nomine sentiri debet amissio. Ad nos siquidem iure
recurrit infantia destituta. quibus universorum hominum
profitetur incrementa clarissimorum. Igitur adultorum Marci-
ani atque Maximi nos querela pulsavit. cum pascalibus diebus
patrum luctus essent voluntate sociati. et in ipso letitie tempore
soli cogerent tristicias sustinere. utilitate sua pro neglexisse
contemptum. cum vel firme etati cum lacrimas ista cogitare
genus insanie videatur. Cessat enim lucri cupiditas. cum
vacatur cum ploratus. cum tamen planctus alius capit
ad eam qualitatis pietatis impleverunt hac crudeli surreptione
capta tueri circi atque locum amphiteatri illustris re-
cordacionis patrie eorum. detestabili ambitu a vestris sug-
gerunt fastibus expeditum. Quorum instigatore sua huma-
nitatis collis revocavit affectum. cum simul terruit. et usu
gravavit infantiam. cui nec subvenire timido pudor esti-
matur esse iactura. Sed nos qui regulas docemus.
qui pietatis monimenta servamus. salubri ordinatione
censemus. ut si quondam patricius atque Magnifici vir
Volusianus pater supplicum supramemorata loca cum iure

possedit. filiis perire non debeant, presertim ad germen Senatorium
novus beneficiis cupiamus erigere. Ne inter ipsa initia sue
adulte etatis aliqua lesione comprimerentur atque ideo illustris
magnificentia tua si quid tale factum esse cognoverit. studeat
corrigendum. Ne iniqua presumptione cruentandum germen se-
natorii ordinis teneretur

Senatui Urbis Rome de incendiariis Sinagoge. Ut incendiarii culpas hominum incendiis vindicantes legum districtione comprimantur

Urbis Romane celebris opinio suo conservanda est
[illegible] instituto. Nec forinseca pravitas capit.
que semper se de moribus probitatis iactavit. Levi-
tates quippe seditionum et ambire proprie civitatis
incendium. non est velle Romanum. Ideo ergo in actoribus
facti legum est servanda districtio. Ne detestabilis affectus
incendii ad imitationem perpetrandi multorum pectora compre-
hendat. Viri illustris atque Comitis Arigerni suggestione
comperimus Iudeorum querela se fuisse pulsatum quod in
dominorum cedem proruperit servilis audacia. Et hoc cum fu-
isset pro districtione publica reservatum. statim plebis inflamma-
ta contentione Sinagogam temerario duxerit incendio con-
cremandam. culpas hominum fabricarum excidio vindicantes.
Unde si quis Iudeorum comprobaretur excessisse. ipse debuisset
in iure subiacere. Non autem iustum fuit ad seditionum feda
concurri. aut fabricarum incendia festinari. Sed nos quibus
de proprietate cordi est. errata commissa dirigere. ut cuncti pos-
sint placatis moribus convenire. presenti auctoritate decerni-
mus ut causam supramemoratam legitima discussione noscatis.
Et invasores earum quos reos huius incendii potueritis
reperire. districtione habita resecetis. quia nolumus aliquid
detestabile fieri. unde Romana gravitas debeat accusari
illud pari ratione censentes. ut si aliquid sibi contra Iu-
deos rationabiliter quisquam crediderit suffragari. ad vestrum
iudicium veniat audiendus, ut quem reatus involuerit,
censura condemnet. Hoc nobis vehementer displicere
cognoscito. ut contentionis vanissime ipsius usque adeo ever-
siones pervenerit fabricarum, ubi totum pulcre volumus
esse compositum

Viro venerabili Episcopo

De causa tractanda et possessionibus iniu
ste occupatis restituendis.

Invidiosa est contra eum querela, cui sunt reverentie
iura servanda. Quia vestro quod admissimus gra
vius creditur, nobis contra reverendos silentium non
tenetur. Stephanus siquidem flebili oratione conquestus est
Casam curie sui antecessoris per decessorem vestrum longa
etate possessam, ante hos fere novem menses ab hominibus
Ecclesie tue possidet, respecto civilitatis ordine fuisse pervasa.
Quod si vestre factum cognoscitis, eum iustitie consideratione
momenti iure restitute supplicanti debet eum a nobis cor
rigi, quos a vestris familiaribus non debuistis admitti. Ve
rum tamen si partibus vestris in causa momentaria vel prin
cipali iustitiam adesse cognoscitis, tractato prius diligenter
inspecto quoque negotio, quia sacerdote non decet protendere im
proba litem instructam legibus ad Comitatum nostrum
destinate personam, ubi qualitas negotii agnosci debeat
et finiri. Quapropter Sanctitatis vestre animus non gravetur
nec se fallacibus nobis doleat accusatum. Multo maior
est opinio purgata, quam si de similibus querelis non fuerit impetita

Comitibus Desensis et Curialibus Thiti
nerensis Civitatis

Ut quibusdam de patria propria ad eos propter inopi
am peregrinantibus navibus subveniant et annonis

Ad Comitatum supplices Herulos auctore deo nostris ad
venire posse nos constat, quibus navis est praebenda
subveniendo, quia in patria eorum adhuc provincie sue
laborare videantur inopia. Itaque presenti iussione commoniti
et naves ex eis cessisse usque ad Ravennatum urbem, et anno
nas dierum quinque sine aliqua dilatione praestate. Nec aliquid
eis necessarium deesse faciat, quatenus provinciam se deseruisse
ieiunam copie inventione cognoscant. Sit quoque illis uberior
pagina tua quam propria. Maraband viro illustri de cau

sa terminanda. Ut causa mulier agitata in iudi
cio comitatum arbitr et decidatur legibus

Advenerunt pretiose mulieris. Petitiones supplicum sa
lubri ordinatione dispone, secundum subiectorum animi quiescunt

quotiens emerserint querela componi. Vir utique spectabi-
lis Liberius volenda nobis actione suggessit collegam
suum in urbe iudicii continui diuturno ordine pregravatum cunctis
si ita est remotis iudiciis apud arbitros quos partium con-
sensus elegerit de imminente causa legibus audiatur. Et si
illic finis negotii nequiverit inveniri, per instructas per-
sonas si tamen ipse venire non eligit, ire comitatum occur-
rendi licentiam partibus non negamus, ubi nec redemptio sit
forte suspecta, nec invidiosa nocere possit calumnia

Universis Saionibus

Precipit sub pena ne veredorum velocitatem suam rebus multis ingravant

Assidua sollicitudine respondenda sunt que continuis excursibus
subiacere noscuntur. Quemadmodum enim subvectione
veredorum necessario labori sufficimus, si dispen-
dium cotidie si permittatur excedi. Diuturnum etiam
scelus improbe presumptionis est neglecta custodia. Allegatorum
utique veredorum suggestione cursuales equos usurpatione
frequenti comperimus fatigari. Et quos necessitatibus publi-
cis precipimus custodiri, in usum cognovimus private voluntatis
assumi. Atque ideo in urbe Roma ordinatos prepositos
stationum et mancipes officiorum quovisque utilitas suaserit de-
residere censemus, ut nullo Gothorum vel Romanorum
exinde egredi patiantur nisi quos legatorum dignitatis potestate
agentes forte transmiserint, eo quod nobis frequenter usurpa-
tum esse suggessimus. Si quis invitis his quibus hec cura
mandata est veredos presumptuose fortassis assumpserit, conti-
nuationis sue vel honoris, per unum equum centum solidos mul-
te nomine cogatur inferre. Non quia tanti estimanda est
unius iumenti lesio, sed quia gravissimo dispendio reprimenda
est importuna presumptio. Nullus preterea Sangrium distan-
tia itinere premisse attendat vel redire, quibus in superiore
mulctam exigat. Indicta frequentia Palisporium coniunctim
onera centum librarum nullus excedat. Expeditos enim Saio-
nes binos sine denariis ire volumus. Non migrare cen-
semus mercatura sua prodit quisquis sarcinam multa portans
nec cogitat de celeritate qui delicata se maluit sessione
tractare. Graves denique pellagios consistere. Parvos la-

pullos vivis pedibus amplectitur. ut sine cornu levitas
vento cursum rapiat, quem natura celeritas nullis pon-
deribus ingravetur. Hoc imitari quisquis qui se ad
publicas necessitates electos esse cognoscit. et ideo quin-
quaginta solidorum multetur ut non veredarius sed Catha-
bilensis mereat. quisquis ultra centum libras parhippum ge-
derit onerandum. His autem qui super scriptam dignitatem
vicibus in urbe constricte observare sapimus, quatenus excessus
qui ab illis detectus fuerit executione tua superscripta condemna-
tione puniatur. Et quos autem contemptoris culpa perculsit
collectam quantitatem per vices angarias municipiis communionum
volumus applicari, ut cursualis tractus unde habeat reme-
dium, unde hactenus sumpsit incommodum. Videmus siquidem re-
bus frequenter vastitur de curiositate prosperitas, ut homines
ad lucra cupiunt. beneficia frequentia largiuntur. Ergo omnia
sic efficaciter ac diligenter compleas, ut provocati bonis
actibus devotionem tuam et maiora committere debeamus

Euzebio viro illustri de egressu et reditu ad urbem. Datur licentia ad certum tempus in amenitatem provincie de urbe egrediendi.

Post tumultuose urbis sollicitudines tediosas. et ob-
servationum molestias ingravates. magnitudo tua
provinciali quietis amenitate desideravit recreari.
asserens occupationum tibi causas prioribus emersisse
temporibus. quibus expeditus nunc tali desiderio gaudere suavitate
Et quia vere nulla securitas est que nostris iussionibus
ad tempus tibi fuit occupationis emersio octo mensium in-
ducias in lucanie dulces recessus nostra auctoritate concedimus
ut ex illo tempore subputentur, ad te egredi ex urbe di-
vino favore contigerit. quibus peractis simultorum desiderio
ad romanas sedes occurre festina. conventui nobilium
condignum tuis moribus conversatione reddendus

Universis provincialibus et capillatis defensoribus et curialibus Sythia vel Sive-ma consistentibus. Detestando scelera deputat prefectum provincie

9 Districtio semper subtrahi non debet a regie iussio-
ne, que audaces quietos comprimat, et laceratos spes
futura refoveat. plerumque enim denunciata commina-
tio plus efficit quam pena componit. Et ideo deo
auspice Teffrzdibaldum locis vestris presse censuimus. qui
ab actiones amalum legittima severitate coerceat. homi-
cidia resecet. furta condempnet. quietos quoque vos a scelerat-
ausibus reddat, quos nunc presumptio iniqua dilacerat
vivere compositi. convicte bonis moribus insatuti. Nullum
natum nullum pro nimis honor excuset. Necesse est vin-
dicte subiaceat. qui pravis moribus obscurandat

Consulto Preposito de compensatione
secundum mensuram vastitatis hostilitatis
montis et natura ipsius montis

7 De natura mirabili duorum montis to-
tam vastantis provinciam

Campaniam Vezuvii montis hostilitate vastatam clementie nostre
supplices lacrimas profuderunt. ut agrorum fructibus cunctati
subleventur onere tributarie functionis. quod fieri debere
nostra merito pietas acquiescit. Sed quia nobis dubia est omni-
umque indiscussa calamitas in quantitudine vestra ad Nola-
num sive Neapolitanum territorium probate fidei virum papimus
destinare. Ubi necessitas ipsa domestica qualitate lesione grassatur
ut agris ibi diligenter inspectis in quantum possessores laboraverunt re-
levatis subleventur. Et natus mensuratum conservatur qualitas be-
neficii. qui modus integer cognoscitur lesionis. laborat enim
hoc sic uno malo tres deflorata provincia que ne presenti beat-
itudine fruetur. humus timoris frequenter acerbitate concutitur
Sed non in toto dirus est eventus ille terribilis premittit signa
gravia. ut terribilius sustineantur adversa. Certantis enim moli-
bus natura rixantis montis illius hiatus immurmurat.
et excitatus quidam spiritus grandi sono fremitu continua terrificet.
fuscantur enim aera loci illius exalatione teterrima. et per totam
pene Italiam cognoscitur quando illa indignatio commovetur
volat per inane magnum cinis decoctus. et terrenis nubibus
excitatis. transmarinas quoque provincias pulvereis guttis com-
pluit. Et sic quidquid Campanie pati possit agnoscitur. quod
in alio eius in orbis alia parte sentitur. Videas illic quasi
quosdam fluvios ire pulvereos. et arena sublimiter impetu fer-
vente. velut liquida fluenta decurrere stupeas. subito usque

ad arborum cacumina dorsa intumuisse camporum, ut luctuoso
subito calore vexata, que letissima fuerant viriditate depicta.
Vomit fornax illa perpetua pumiceas quidem sed fertiles arenas,
que licet fuerint diuturna adustione siccate, in varios fetus
suscepta semina mox producunt, et quadam celeritate re-
parant, que paulo ante vastaverant. Quid est isti singularis
exemplum, unum montem sic intremere, ut tot mundi partes probet
aeris permutatione terrere, et sic suam substantiam ubique dispergere,
ut id videatur dampna sentire. Longe late quod pulveres rotat
ventis aut quasdam moles eructat, et tot sterilis mons habet
qui egestionibus tantis expendit. Quis credat tam ingentes
glebas usque in plana deiectas, de tam profundis hiatibus ebu-
llisse, et spiritu quodam efflante de montis ore aspicias quasi le-
ves paleas fuisse proiectas, alibi cacumina exaggerata rarum
totaliter videntur ardere. Huius incendia pene omnibus datur
cognoscere. Quemadmodum quod in urbanis conclusis quod te-
stimonio per convicinitatis agnosci. Et ideo, ut dictum est, illa
eligat vera prudentia, qui et remedia lesis conferat et lo-
cum subreptionis non relinquat. Symacho patricio de
reparatione theatri et eius origine et quot potentes
gente fuit Rome. Et quia lares ipsos
in Roma decoris fabricis erexerat, eidem
reparatio theatri committitur.

Quam amator fabricarum ita studueris, ut in laribus propriis
quedam menia fecisse videaris, dignum est ut Romam,
quam domorum pulchritudine decorasti, in suis mira-
culis continere studeas. Fundator egregius fabricarum,
carum quoque comptor eximius, quia utrumque de prudentia venit,
et apte disponere et exstantia competenter ornare. Notum
est enim quanta laude in suburbanis suis Romam tegeris,
ut qui illas fabricas intrare contigerit, aspectu suo extra
urbem esse non sentiat, nisi cum de amenitatibus
interesse cognoscat. Antiquorum diligentissimus imitator, moder-
norum nobilissimus institutor. Mores tuos fabrice loquuntur,
quia nemo in illis diligens agnoscitur, nisi qui in suis sensi-
bus ornatissimus invenitur. Et ideo theatri fabricam ma-
gna se mole solventem consilio vestro credimus esse robora-
ndam, ut quod ab antecessoribus nostris in ornatum patrie
constat esse concessum, non videatur sub melioribus posteris
imminutum. Quid non solvat senectus, que tam robusta
quassasti? Montes facilius scindi putarentur, quam tua so-
liditas quateretur, quando et moles ipsa sic tota fuit de
cautibus, ut preter artem additam et ipsa quod naturalis esse

credatur. Hec potuissemus forte negligere si nos contigisset talia non videre. Cantes illos satis abstrusos pendentibus ita iuncturis absconditis in formas pulcherrimas convenisse, ut captivis magis excelsis montibus credas quam aliquid fabricatum esse iudicares. Texerunt antiqui loca tantis pulchris parietibus ut habeant singulae spectacula qui mundi videbantur habere dominatum. Sed quia frivolus sermo probatur esse, tamen docto libet repetere cur antiquitas rudis legatur hec omnia condidisse cum agri cultores feriatis diebus sacra diversis numinibus per lucos vicos que celebrarent. Athenienses primum agreste principium in urbanum spectaculum collegerunt. Theatrum greco vocabulo visorum nominantes eo quod ibidem turba conveniens astantibus sine aliquo impedimento videatur. Frons autem theatri scena dicitur ab umbra luci densissima ubi a pastoribus inchoante verno diversis sonis carmina cantabantur. Ubi actus musicus et dicta prudentissimorum seculi floruerunt. Sed paulatim factum est ut honestissime discipline improborum consortia fugientes verecunda se exinde consideratione subtraherent. Tragedia ex vocis vastitate nominatur que concavis sunt repercussionibus roborata talem sonum videtur efficere ut pene ab homine non credatur exire. Erigitur autem in hircinos pedes quia si quis inter pastores tali voce placuisset caprino munere donabatur. Comedia a pagis dicta est. Comos enim pagus vocatur. Ubi rustici gestientes humanos actus letissimis carminibus irridebant. His sunt addite horcistarum loquacissime manus linguosi digiti silentium clamosum exposito tacita quam musa Polimnia repperisse narratur ostendens homines posse etiam sine oris affatu suum velle declarare. Muse vero ea lingwa quasi hominis dicuntur moyce sic dicte quod necessarie sibi esse videantur. His levium pennarum cacumina ideo in fronte pinguntur quoniam earum sensus celeri cogitatione subvectus res altissimas intuetur. Panthomimo igitur cui a multifaria imitatione nomen est cum primum in scenam plausibus invitatus advenerit assistunt consoni chori diversis organis eruditi. Tunc illa sensuum manus oculis canorum carmen exponit et per signa composita quasi quibusdam litteris edocet intuentis aspectum. Et in illa leguntur apices rerum et non scribendo facit quod

scriptura declarat. Idem corpus Herculem designat et Ve-
nerem, feminam praesentat et marem, regem facit et militem, se-
nem reddit et iuvenem, ut in uno credas esse multos
tam varia imitatione discretos. Mimus etiam qui nunc
tantummodo derisui habetur, tanta in Philistionis caute-
la repertus est ut eius actus ponerentur libris. Quatenus
mundus curis edacibus aestuans lectissimis sententiis
~~cont tpe~~ temperaret. Quid acetabulorum tinnitus, qui quin
sint dulcissimi soni referam percussione varia modulantes,
que tanta gratia iocunditatis accipitur, ut inter reliquos sensus
auditum sibi ad munus summum tribuisse homines aestiment? Sunt
collata vobis. Aetas subsequens miscens lubrica priorum
inventa traxit ad vitia, et quod honeste causa delectationis
repertum est, ad voluptates corporeas praecipitatis mentibus
impulerunt. Has ritus Romani sicut ceteras culturas
ad suam rempublicam inutiliter trahentes. Aedificium alta cogi-
tatione conceptum magnanimitate mirabili condiderunt
ut non immerito credatur Pompeius hinc magnus fuisse
potius. Et ideo sive masculis pilis contineri, sive
talis fabrica refectionis studio potuit innovari, expen-
sas vobis de nostro cubiculo curavimus destinare, ut et vobis
adquiratur boni operis fama et nostris temporibus videatur
antiquitas decentius innovata. 4ti libri

Secuntur tituli quinti libri

Guduinando saioni
Anilpho saioni T. R.
Capuano viro sublimi T.
Senatui urbis Rome
Habundantio preposito.
Epifanio consulari pro
vincie Th. Rex
Bauttude viro subli
mi The. Rex.
Omnibus Gottis petitoribus
constitut(is) Th. Rex
Gudinni saioni T.
Cazino viro illustri
Neudi Theo. Rex.
Gudunni viro subli
mi The. Rex.
Decorato viro devoto.
Brandile Th. Rex.
Wilithanco duci T.
Habundantio prepo
sito Theo. Rex
Aliric comiti et am
plexio Theo. Rex

Starcedie viro subli
mi Theo. Rex.
Iudeis mediolanensi
Theodericus Rex
Omnibus possessori
bus Theo. Rex.
Amplexio et Liverit
Theo. Rex
Cypriano comiti
Theo. Rex
Senatui urbis Ro
me The. Rex.
Maximo viro illu
stri T. Rex.
Transimundo Regi
vandalorum T. Rex.
Expliciunt tt. quarti libri

Regi Ungarorum · laudat fabros qui attulerunt arma sibi missa



[C]um pueros sitcis umbribus et tandore gentili lucentes · arma prodiis deferetes · per spacia vera fratintas destinavit ferro magis quam auri pretio ditiores splendet illic claritas exposita · ut intuentium facies fideli puritate restituat · quorum margines in acutaz tali equalitate descendit · ut non limis composite · sed igneis fornacibus creantur effuse · Nox media pulchris alveis exca... quibus sed videntur crispari posse vinculis · Nobis tanta varietate umbra concludit · ut contextum magis credat variis coloribus lucidum metallum · Hoc vero totis diligentia emundat · Hoc vero splendidissimus pulvis industriose detergit · ut speculum virorum faciat ferream lucem · qui pro spatio vestre natura largiente concessum est · ut huiusmodi vero opinionem nobis facit singularitatem · Enses qui pulchritudine sui putentur esse exaltati · Quos tanta elegantia divinus faber ex colore quidem emisisset · Ut quod manibus eius formabatur · non opus mortalium · sed crederet esse divinum · Veronense prospectabiles industres legatos nostros · solvetes debite salutatione affectum · arma vestra nos libenter accepisse declaramus · que bone patris studia transmiserunt · Multitudine muneris pro expensarum vestrarum consideratione tribuentes · que tantum nobis reddunt accepta quod nobis vero fuerunt gratissima · Presentem dinaz concordiam · ut habet inter nos grata mente facietis · gentium nostrarum velle ... et media palliati mutuis possimus obligari utilitatibus

Vestes · Cuidam Principi qui de longinquis partibus suctinum sibi vestimentum hauit regratiatur ·

[I]nsignibus legatis vestris venientibus · grande nos stadium notitie nostre habuisse cognovimus · Ut in occeani littoribus constituti · cum vera mente pace ... gravini · sicamus nobis admodum et grata petitio Ut ad nos perveniret fama vestra · ad quos nulla

potuimus destinare mandata. Innotescit iam cognitum quem
requisistis ambigenter ignotum. Ita ut tot gentes via per-
durante non est aliquid facile concupisse. Et ideo vos saluta-
tione affectuosa requirentes indicamus sucina que a vobis
per harum portitores directa sunt grato animo suscepta fuisse
que ad vos Occeani unda descendens hanc levissimam
substantiam sicut et vestrorum relatio continebat exportat. Sed
unde veniat incognitum vos habere dixerunt quia ante omnes
homines patria vestra offerente suscipit. Hec quodam Cor-
nelio describente legitur in interioribus insulis Occeani ex arbo-
ribus suco defluens unde et sucinum dictum paulatim solis
ardore coalescere. Fit enim sudatile metallum teneritudo conspi-
cua modo rubens colore croceo modo flamea claritate
pinguescens ut cum in maris fuit delapsa confinio estu
alternante purgata vestris littoribus tradatur exposita. Quod
ideo indicandum credidimus ne omnino putetis notitiam no-
stram fugere quod occultum creditis vos habere. Proinde re-
quirite nos sepius per vias quas amor vester aperuit. Quia
semper prodest divitum regum adquisita concordia. Qui
dum parvo munere leniuntur maiore semper compensatione
proficiunt. Aliqua vobis etiam per legatos vestros verbo manda-
vimus per quos destinasse que grata vobis esse debeant
declaramus. Honorato · Quem eadem que-
sture dignitate subvehit cuius frater eius-
dem nominis et tituli eadem potiebatur dignitate.

Vsi siquid provenit bene cultos dona mea susci-
pere. Sed tu iure hereditario principis tibi beneficia
vendicasti honorem fratris adepturus es. Quia sa-
pientia quoque germanus es ab eisdem bonis non
repellimus quem similem comprobamus. Fiat nunc ut pa-
rentes et liberi bonarum artium studia imitatione sollicitu-
dinis emulentur. Novam vite facimus legem. Paren-
tes in administratione succedunt. Hinc provectus non adimi-
tur sed mutatur quia licet persona surrexerit familie
tamen non defuit. Quod gratissimus germanus adquirit o-
re veris electi civitatis et auspice nominis Honorati pre-
sentium quedam parente positis cum prole vocabulis et
veterarum verum cursus ex alto est. Imperio divinitatis
cogitato presagantis construitur. Locum datur quod vos
sensisse estimus sed post casum cemustimi quod ingrates

peratis dixeramus. Tali igitur omine decoratus evaluit. Eva-
luit inquam ac si honoribus palatinis iudicio nostro laudatus
innituit dignitate fulgens, quam solemus dare prudenti-
bus. Hoc plane super ceteros adipiscens, quod potuit emergere
post electos. Super ingenium nostri lucet. Intrepidus quidem sed
reverens astabat. Importunis tacitus, necessariis copiosus,
curarum nostrarum eximium levamen. Et cum patribus nostris conscripti
dictaretur, quorum magis laude contentus in mediocribus
se poenis exequabat. Venit apud nos recordatio bono-
rum, quia fides hominis nescit cum morte deficere. Secreta
nostra quasi oblivisceretur occuluit. Missa quasi describe-
rentur per ordinem reddidit. Sine avaritia servivit, et gratiam
nostram summa cupiditate perquirens. Dilatemus quidem ad be-
ne meriti laudes, sed compendio sermonis assumpto cum illum
referimus, te decoremus. Refulsit nimirum gratus qui apud
nos et post fata esse non desinit. Fratrem quaerimus quem
nos amisisse dolemus. Sed acerbum casum mitigat, quod ei
vicaria vice succedis, quia nemo perdidisse se sentit, quod in
altero invenisse cognoscit. Non extranea secteris exempla,
cum domestica suppetunt tam magna praeconia. Tu decoratus
ex illo es, ille honoratus ante te est. Adiment se invicem
quod vere sit nomina. Nam de te pristinis credimus me-
liora quae sequentis, quia semper est diligentior imitator
prioris, quando te praecedunt bona licet eligere et nova cu-
mulare. Atque ideo ab indictione tertia quaesturae te dignitatem
subvehimus. Cognitam quam tui consilii claritate vincere hono-
rum, ut esse nunc incipias quod ante ea poteras. Age
nunc inchoando iustitie, ut qui inexperto honore dedimus
meliora tibi probatissimo conferamus.

Senatui urbis Rome concedendo cuidam questure dignitatem laudat eum de multis

Certum est patres conscripti prudentibus viris no-
strum florere consilium, sed et hoc probatur egregium
quod vobis permittetur dignitas clarum. Unus enim
quos ad questure culmine vehimus doctissimos estimamus
quales legum interpretes et consilii nostri debet esse participes.
Dignitas quae non datur divitiis, nec solis natalibus invenitur,
sed tantum doctrina ad culmen potest impetrari prudentiam.
Nam licet in aliis honoribus beneficia conferamus, hinc

semper accipimus. Est nimirum curarum nostrarum felix portio
Sacrarium nostre cogitationis ingreditur pectus, quo generales causas
volumus cognoscit. Estimate quid de illo debeat iudicari
qui tanti particeps sit secreti. Ab ipso regum precia postulatur,
illi vota confluunt supplicantium, et quod est omni thezau
ro preciosius, penes ipsum civilitatis nostre fama reponitur.
Questore iusto innocentum census fit secura. Improborum
vota redduntur anxia, et cum malis surripiendi spes tollitur, stu
dium bonis moribus adhibetur. Pectus continens universaque pa
tria custodit. Equitatis professor, nescius decipere, promptis
simus sublimi ingenio, formam ferunt. Et quod universa
superat, illius ore loqui creditur cui nullus similis invenitur.
Hunc locum vitiis vacuum, dotibus plenum, qui sub nostra potest
expedire precia. Nonne vobis dignum est esse collega Certis
eius qua gloriatur stirpe provectus, meministis igitur advocationis
decoratum laboribus insudantem, quia se communique honorum
pt cumulaverit probitate. Causis nostris fidelis orator affuit
necessariis rebus insistens iudicantes, portavit autem ad subsellia
cognitorum cum multo frequens palma collegit. Qua sapientes
allegantia terruit. Prudentis sustinere iacturam nesciunt qui se
prius iudice corriguntur. Inferior gradu prestat viribus con
sularibus se patronum. Et cum impar vestitu habetur honori
bus, in patriciatus decore celeberrima est cognitione susceptus.
Minus tamen est, patres conscripti, solidum loqui, et cum multa
necesse est dicere, titubantia non proferre. Hoc inpectorato
certissimum sunt. Hoc autem nostra iudicia vos probast. Cuius
eius tempore suo eum quasi gubernatorem litium regnare potuit,
qui causarum scropulos transire contendit, legibus compositis
minus indigent qui eius solacia non quesierunt. Nam
non de eius morte festinata conquerimur, ex cuius secundi
pullulavit stirpe germanus. Nam qui prius fratris um
bra tegebatur, illo nature lege subducto fame sue comas
per aperta distendit. Siquidem germanus iste prius contulit
que nascendi ordine primus evaluit. Si fortuna nobilis
fructum quem in decessore perdidit, in successore reservat.
Concordat huic familie ramus ille excelsissimus qui in Virgilia
no carmine semper exaltatur. Hoc enim avulso non deficit
alter aureus, et simili frondescit virga metallo. Nunc
erit quippe et hic advocatione facundior, opinior Romane
urbis, rediens fratri Spolitinorum, se malint iuste negotiis

Nec tantum dura quantum a vestra prudentia cognoscitur segrega-
ta. Inter bene moratos asseruisse iusta facillimum fuit. Pro-
vincialibus autem se vestra libertate tractantibus nimis ardua
videtur iuris suasisse modestiam, ubi ipsa quoque indecenti
cupiditate plerumque improba rapiuntur. Et quamvis sibi in
mediocritate videantur esse propitii, tamen simul suis aliorum
voluntatibus obviari. Inter talia leges custodire difficile
est et magne persuasionis viribus ad propositum recti venalitate
iudicium revocare. Quoniam ergo patres conscripti libenter
cura iusticia et honoratum questure culminis provectum
gremium vestrum gratanter recipiat. Dignum est enim a vobis
diligi qui par invenitur tantis honoribus reperiri.

Manille saioni
Comitiue de officio veredorum

Laudabile est in illa parte geminare custodiam, quam constat
rei publice utilitatibus exquisitam. Per hanc enim et lega-
tionum utilitas et ordinationum nostrarum celeritas expedi-
tur. Hoc etiam aulicis potestatibus per varias iussiones
impertit effectum. Hoc urbibus illationibus nostrum debet fre-
quentatum, ut pene quicquid in re publica geritur cursuali ministerio
compleatur. Debet proinde semper esse paratum quod utilitatibus
publicis probatur accommodum, ne quod ad celeritatem repertum est incongruum
potius festinantibus inferat tarditatem. Atque ideo ubi presentium portitorum
et magister officiorum pro re publica tibi locum delegerint, ordinare statuimus
excedentium improbam presumptionem. Tali te precipimus districtione resecare,
ut sive Gothus sit aut Romanus, qui supra iura vel eorum quorum interest
erectione veredum presumpserit attingere, per unumquemque centum solidos a
te cogatur exsolvere, et de illis quoque pari severitate teneamus qui super
erectionem et iam cursuales equos usurpare presumunt. Parhippis
quoque etiam non ultra quam centum libras imponi iubemus. Nimis enim
absurdum est ut a quo celeritas exigitur magnis ponderibus opprima-
tur, ipsa omnem quantitatem pigrescat carne, que laborem non sentiunt
reple gravamine non moveantur. Quantum quadrupes facere possit quam pressus
nimietate succumbit. Si quis autem a modulo diffinito amplius fuit
hic repertus, unam unciam auri danno feriatur. Quia summam pro-
tinus exactam sicut iam anterioribus edictis constitutum est, per officium
magisterie dignitatis cursum presidere debere censemus, iustum enim ut
vigeat illa vendere unde publicum equum male cognoscitur onerasse.
Sit munditatibus expeditus qui velocitate nolunt esse tolerandus. Pre-
terea quamvis ut ad propositorum incommodum non presumas. Ex quibus
presentis eos hic revocanda sanxit antiquitas, nulla usurpatione
decernentes nobis in parte geminare custodiam, voluimus non aliquid consuetudinis
removere caveatis.

Stabulario

Ut cuiusdam neglectoris substantiam rei publico applicet

Suscipienda est peticio que publicis utilitatibus non repugnat et amplectenda desideria privatorum qui sic commune querunt remedium ut nobis non videant generare dispendium. Viri itaque clarissimi Iohannis quela comperimus Thomatem domus nostre certa predia suscepisse ad illud atque illud et cum decem milia solidorum reliquatorem nostris utilitatibus extitisse et per diversas difficultates non implesse debitam quantitatem, quod apud nos quoque procerum nostrorum suggestione perclaruit. Ideo quam causam tali credimus remedio muniendam, ut cunctam substantiam supradicti Thomatis sub hac condicione fixis titulis iuri debeas publico applicare. Continuat si infra kalendarum Septembrium diem quod rationabiliter expositum a Thomate minime fuerit exsolutum, portionem suam supra Iohanni viro clarissimo contra debitum qui eius debitum solvere nobis promisit [illegible]. Quod si obligationi predictus Thomas solvere infra prefinitum tempus fortasse poterit, commissa ei que sigillata sunt illibata reddantur. Nota ut quod iustus non sustinere videatur incommoda et nos [illegible] subiecte solitam iusticiam prestitisse possimus et adhuc ultra differre. Sed quid prodest negligentissimum sustinere quem per tam longum temporis spatium semper invenimus inpacatum.

Iohanni viro illustri consulari

Ut ratione pensionis non solute non metuat sibi imminere questionem

Decet eorum vota sententia credere qui malunt utilitates publicas continere. Et patiuntur summo studio esse sollicitos qui nos a dispendiis faciunt esse securos. Tua igitur suggestione comperimus predium illud conductorem patrimonii nostri predia in Apulia provincia constituta ad illud atque illud honesto viro Thomati libellario titulo commisisse, sed eum male administrando suscepta usque ad decem milia solidorum de conductionibus illa atque illa reliquatorem publicis rationibus extitisse. Quia [illegible] nostris frequenter admonitus debita reddere detestabili calliditate neglexerit. Et ne tibi aliqua in posterum questio nasceretur, publicis utilitatibus debitam quantitatem

subtrahat ratione satisfacere te velle testaris, si tibi praedia supradicti
debitoris loco pigneris contradantur. Hinc est quod desideri-
um tuum iusta ratione conceptum praesenti iussione firmamus. Primum
ut cautelam ex hac re promittere publico ne tuas questiones. Deinde
subtrahat conditione tibi commissam substantiam quam nunc ille tenet
vel primo tempore possidebat. Tu iniustis rationibus obnoxius esse
iam cepit Thomati debitoris additum quia praedium nostro nomine
fixis titulis fecimus vindicari. Hoc tamen hylaritatem sentimus
relaxantes ut usque ad kalendas septembris spatium habeat reddendi et
debitam quantitatem. Quare tu ad supradictam diem tu pertinax vio
illustri Comiti patrimonii nostri quae debetur contuleris facul-
tates eius commissa sicut diximus tuis compendiis applicetur.
Quod triste non credimus esse praesenti, quando non ex toto videtur
amittere quod te generum suum cognoscit adquisisse. Nam quod
potueras adipisci iure successionis a te conditione possidetur
emptoris. Anastasio Consulari

Ut sine concussione et damno quorumlibet qua-
drati ad urbem Romam deducantur

Convenit sublimitati tuae iussionibus nostris obedientiam
tribuere, sedulam firmitatem, quatenus ad effectum trahatur
quod salubri ordinatione disponimus. Moderate siquidem
novit iniuncta sibi complere prudentia, et sine ingra-
titudinis veneno delegata explicabili procurare consilio. Id-
eo ad affluentiam civitatis cautelam executorem te praecipimus de-
stinare, et sine aliqua concussione vel damno quadrati
ad Ravennatam urbem ex nostra iussione deducantur. Quatenus
et nostro desiderio gratulemur impleto, et querulis proficiscendi
amputetur occasio. Possessoribus Feltrinis

Ut in N. Regione omnium communitas constru-
ant civitatem

Necessitas publica multorum debet devotione compleri
quia non decet paucos subire quod constat plurimis
expedire. Ne regia iussa repositio lentescant. Ad
res utiles delegare censuimus. In Tridentina
igitur regione civitatem construi nostra praecepit auctoritas.
Sed quia territorii parvitas non potest magnitudinem operis
sustinere, hoc sollicitudo nostra prospexit ut acceptis merce-
dibus competentibus paraturam murorum omnes in commune

sibcatus qui in civitate ingiminum deruat accomodato com-
pilato securius impleatur quod pauci inexplicabile fortasse
se cognoscitur. Hac sit condicione definita ut nullis alterius
oneribus excusetur. Unde per divina dona excipitur

Verane Saioni de provisione exercitus
Ut exercitui transeunti provideat ne fatigetur

Penuria

Quamvis deo iuvante pro defensione generali
felicissimus producitur exercitus providendum est ne aut
iter inconsulta fatigentur penuria, aut quod dici
nephas est, vastatum vitiant nostre provincie susti-
nere. Primum enim prosperitatis gradus est, si ius non esse dampno-
sum. Et pro quorum compendio laboramus eorum non videamur
afflixisse fortunas. Et ideo devotioni tue presenti auctoritate
delegamus, ut multitudinem Gepidarum quam fecimus ad Gal-
lias custodie causa properare per Venetiam atque Liguriam sub
omni facias moderatione transire. Quibus ne aliqua excusandi
preberetur occasio, per unam quamque ebdomadam sufficientes eis tres soli-
dos largitas nostra direxit, ut illis cum provincialibus ... non
rapiendi votum, sed comercii sit facultas. Illud plane pro curto-
rum quiete laborantibus indulgentia nostra concedit, ut si aut
eorum carpenta itinere longiore quassantur, aut animalia atteri-
ta languescunt, te custode atque mediante cum possessoribus
sine aliqua oppressione mutentur, ut qui saturi sunt corpore
aut qualitate meliora cum suis paribus Gamo cum illis adquiescant
adquiescant, quia tuta est vita eorum, qui nimia fatiga-
tione lassantur. Ita fit ut nec illis desit subvectio ne-
cessaria, ut nullus se lesum tali permutatione cognoscat

Gepidis ad Gallias destinatis
Deputat Stipendia

Fuerat quidem dispositionis nostre ut vobis iter agentibus anno-
nas iuberemus expendi, sed ne species ipse aut corrupte aut dif-
ficiles prebeantur, in auro vobis tres solidos per ebdomadam eligimus de-
stinare, ut et mansiones vobis prout herbarum copia suppetit possitis
eligere. Et quod vobis est aptum magis emere debeatis. Nec et
possessorem ... occurrere facit, si vos necessaria comparare co-
gnoscit. Monemus feliciter ita moderati tale sit iter vestrum
quale debet esse qui laborant pro salute cunctorum

Theodebado v. i. R. Exhortando consanguineum
ad iusticiam :: Mandat ablata restitui

Si iusticiam colere universos et amare sapimus quanto magis eos qui nostra proximitate gloriantur quos omnia decet sub laude gerere ut regie possint fulgorem consanguinitatis ostendere. Hec est enim indubitata nobilitas que probatur moribus ornata quia pulcrum est commodum fame pulcrius neglexisse lucra pecunie. Argolici itaque viri illustris et Amandiani viri clarissimi heredes supplici nobis aditione conquesti sunt Palentianam massam quam eis pro compensatione largitas nostra contulerat ut cause arbitrium amissionem et commoditatem solverent ab hominibus vestris nullis causis astantibus indecenter ablatam et inde crevisse culpam per surrepcionis vicium unde dare debuit gloriose moderationis exemplum. Ideoque si nullo mendacio viciatur asserta magnitudo vestra que sunt ablata restituat. Et si quid vobis creditis posse competere ad comitatum nostrum instructam mittite personam modis omnibus destinate ut cunctis placita causa to finem de legibus sortiatur. Ubi enim quicquid gesserit inve- die tue potius applicatur. Et maiora defuncta fame iusti- pro. Cui talia non vitare contigeris. Hoc autem confligit cause iuribus suis et sine derogatione quis custodi aditur. Cum teste iusticia superetur. Castrepio

Ut exercitui annonas constitutas prebeat ne provinciales per exercitum venientem sustinentes vastatione pregraventur

Studium vestrum rei publice grata mente debet impendere qua vos agnovistis bene mitti multa prestare. Nam pietatis intuitu vicissitudinem pollicemur tibi pro nobis omnia iubeamus. Ideo presenti iussione vos credimus admonendos ut annonas constitutas prebere exercitui debeatis ornate nec illi negligantur ad vestro voto. Ne provinciales pernitiosa debeat gravare vastatio. Commodius enim sub expensarum lege tenetur exercitus quam si cuncta sunt vastare permissi. Ignorat modum servare presumptio. Nec potest sub modo redigi qui licenter sunt visa contendere. Ideoque constituta exercitus alimonia deputatam ne qua pars predicta possit sustinere molestiam. Geneczio.

Ut considerata iusticia equalitatem tributorum moderetur

Iusticie ratio persuadet exercentes regimen ut ad quietos possit quietis silvantis pervenire. Nam quemadmodum equalitas agitur si leves mediocrium consurgere non sinantur. Sic presto admitteretur temeritas

Nisi vires nobilium moderationis officio tenuerent. Provincialium
utique saepius dilatione compulsi possessores idoneos quosdam non
solum canonicarum functionum tributaria functione in tenuem reliquisse for-
tunam. Verum scelerum commertio aliquid emunt sui applicare
compendiis ut fraude publica commoditas sit privata. Hoc quidem
per plurimos desideramus corrigi. Sed hactenus in tua laudem
videor potuisse differri. Quatenus fides habetur acceptior quando
per multos neglegentes studium vestrum efficacissime comprobatur,
atque ideo prudentia qua notus es cunctorum possessorum consi-
derata iustitia te iubemus conspicere, et aequalitate tributi que
ratione moderari, ut que sub aliis factum est omni redemptione
cassata pro possessionum atque hominum qualitate assis publicus
imponatur. Sit enim et iustitia praesentibus et vires nostrae provin-
cialium sublevant. Eos autem quos sine iussione nostra censum
imposuisse constiterit et pro libito suo quorundam onera in
alios proiecerint legum severitas insequatur, ut omnia illis de-
trimenta resarciat quibus incompetenter damna fecerunt. Illud
quoque saepius inquirendum, ut inter defensores curiales et
possessores illatorum vacua vestigentur. Et quicquid ab octava
indictione nuper exempta super tributarium solidum se possessor pro-
bavit intulisse, ut in nostro aerario constat illatum, aut in expensis
necessariis que in provincia facte sunt iusta ratione non
claruit erogatum, iniqua praesumptio modis omnibus corrigatur.
Nam quoque partem non aestimes neglegendam, ut si hoc quod
chartarius a cubiculo nostro suscepit rationabiliter non doce-
atur expensum, ab iniusto retentatore reddatur. Nimis enim est
absurdum, ut liberalitas nostra, quam remisit profuturam volumus,
illud a paucis furtivo compendio consumatur. Iudices quoque
provinciae vel curiales atque defensores tam damnis quam depositis
rebus illicita dicuntur possessoribus irrogare dispendia, quod te
perquirere et sub ratione legum emendare censemus. Antiqui barba-
ri qui Romanis mulieribus elegerint coniugali foedere sociari
quolibet titulo praedia quaesierunt fiscum possessi cespitis persolvere
ac super indicticiis oneribus parere cogantur. Dixerunt nobis Romani
apud expensas victualium que gravatae pauperes suggerunt
per annum in unum quodque municipium semel accedit cum non
amplius quam triduanas tribuant annonas, sic legum car-
mina tribuerunt. Maiores enim nostri decursum iudicum voluerunt
oneri sed compendio provincialibus esse voluerunt. Do-
mestici Gothorum iuvenis et vicedominio aliqua provincia-
libus continuat pretoribus abstulisse quibus iustitia nostra
in examinatione deductis quicquid in hac parte iniquum

gestum esse noverit. amotis consuetudinibus legibus ordinabis. Dictis go
ac talibus que ad utilitatem publicam vel provinciales pertinent
sub omni ratione distuleris. ea te per omnia volumus agere, que nec
indiscreta non debeant displicere. Nullus sine providentia
nostra prosperet. Set omnibus a te sollicita atque equabili indaga-
gatione conscripta polipticis iubeantur ascribi. Quatenus et testio-
nia fisci tui clareant, et nulla post hec que abrogari
volumus semina fraudis inveniantur.

Universis possessoribus in Suevia constitutis

Destinat prefectum ad eos. Ne longo itinere fatigati pro petenda iustitia veniant ad Curiam

Licet cunctis laborantibus commeatus noster concedat. Deo
auxiliante iustitiam et habere subiectos remedia ad re-
liquas cunctas partes, quasi a vivo fonte descendat. hy
frequenti aditione permoti ingemosa pietate repperimus, et e-
quitate vobis concedere. et fatigationem longi itineris abrogare, ea
dulciora sunt beneficia, que cunctis difficultatibus optinentur. qui
simus itaque illustrem et magnificum virum Severinum nostris in-
stitutionibus eruditum, ut hoc apud vos gerere. quod nobis semper
placuisse cognovit. Videt enim quam honorabilis apud nos
iustus habeatur, quemadmodum bonis actibus clementia
Sentiat, arceat exerceat professio. quod nos gratanter estimet
accipere, cumque per hoc amari rapacitas continenti principi nulla
ratione placitura presumentur, ergo concurrat ad eum legerum
tumultus. Exerceat remedium quam possit communia diffi-
cultate crebris querele submonemus quam commissa in ipsis tuma-
bulis scelera resecantur. sine aliqua formidine pene ali-
cui tributi sarcina gravatus, exclamet accepturus remedium
quod de legibus habeatur. Sit enim confidimus quia per
eos quos instituta cunctorum reponimus innocentibus detrimenta
non veniant. Quamquam pro quiete vestra Sub equalitate
tributorum disponenda censuimus oracula nostra, que dedi-
mus ad supradictum virum illustrem Severinum, designata decrevimus
et commissionis contra supplicare debeat evidenter agnoscat

Abundantio. De navigiis fabricandis

Quamvis cotidia reipublice nostre semper consue-
tudine censeamus. et ob id omnibus possint esse
gratissima que iubemus quia cunctis profutura
cognoscunt. Cavendum est tamen ne plurimis dispen-
dium nulli debeat existere onerosum. Nam et si peccare

cogitata non bene agantur ingrata sunt. Illud autem solummodo
perfectum dicitur quod et voluntate sumitur et actione laudatur. Cum
nostrum igitur animum frequens cura pulsaret naves Italiam
non habere, ubi tanta lignorum copia suffragatur ut aliis
quoque provinciis expetita transmittat, deo nobis inspirante
decrevimus mille interim dromones fabricandos assumere
qui et frumenta publica possint convehere et adversis navibus
si necesse fuerit obviare. Sed ante rei quem desideramus
effectum magnitudinis vestre sollicitudine credimus esse procurandum
ideo quod per cunctam Italiam dirigat artifices apta operi li-
gna perquirere, et sicubi cipressos aut pinos reperieris in
vicinitate littoris, dato competenti pretio dominis suadeantur.
Hec enim tantum sunt que ad taxationem veniunt, cetera vilitate
sui non indigent estimari. Sed ne provisio nostra in mediis
conatibus deserta languescat, nautarum te iubemus sub
hac moderatione numerum competentem summa diligentia
procurare. Et si is qui nobis necessarius esti-
matur famulus fuit alienus, aut conducatur classibus ser-
viturus, aut si ipse hoc magis elegerit, accepto pretio ra-
tionabili publico tradat sui iura dominii. Si vero liber-
tate gaudet electus, a nobis solidos donativos et an-
nonas se noverit accipere competenter. Eo modo et illi trac-
tandi sunt qui a suis domibus exeunt. Quando libertatis genus
est servire rectori, frequenter cum laborum periculis extitere
quibus distracti dominii tollera preservire. Ita tamen ut super-
dicti naute arrarum nomine pro hominum qualitate bi-
nos aut ternos solidos a nobis debeant suscipere. Tunc
cuiuscumque fuit annonitis partis debeat invenire pi-
scatores vero non iubemus in hac dispositione contineri, quia
dolenter amittitur qui ad procurandas delicias possidetur,
cum et altera consuetudo est et venire fluctibus obviare
et littora piscosa sulcare. Abundantio

De prosecutione inceptorum

Alacriter incumbendum est inchoatis, cum iam vi-
cinitas perfectionis arriserit, quando spes effectus te-
dium laboris excludit. Et magnum genus cunc-
tamenti est recte desiderata complere. Quando
igitur magnitudinem vestram ex Italie littoribus officia in-
sinuamus parare nautarum, et dromones quos industria
fabricate valuisset, manus remigum provisa susciperet.
Sed tu cure nobis electorum quod studium ostendisti, qui fuit

indubitata presumptione efficacissimus implesse quod quis? Ce-
leritas illico complevit quod vix credi poterat inchoatum,
ut pene qua velocitate navigari solet constructio navium
tanta sit celeritate completa. Nec solum verba narrata sunt
obtulisti oculis subito classeam silvam domos aquatiles ex-
ercituales pedes, que nullo labore deficiant, sed indefessos
homines ad destinata perducant. Triremem vehiculum remorum
tantum numerum prodens, sed hominum facies diligenter abscondens.
Hoc primum instituisse legimus Argonautas. Quod etiam armatis
aptum et congruum probatur esse commercium, ut qui pugnas
classes optamus aspicere. Nunc committamus aliis providentius
et tutius et decore. Erexisti rempublicam tuam consti-
tutione reparatam. Non habet quod Grecus nobis imputet
aut Affer insultet. Illud apud nos vidit vigere
respicitur, unde illi per magna spacia sua vota comple-
bant. Nunc perfectis rebus armamenta procurate. Vela p-
tinue alas navium patentia, linguam volatilem quod spiri-
tus currentium carinarum iudicia. Incerta auxilia que-
ta nautarum, quorum beneficio cessitant otiosi. Quod a tele-
mnis animis vix probatur impleri. Hec asis rau-
cima suspendit, cum per maria deportat filium suum audaci
fide pietate perquiret. Ita deo natura tacitus sinu de-
fectum festinat expleri, multo visa est innota reservan-
da. Ideo domino nobis amplius suffragante tunc ventura
est hominum vota compleri. Proximo die Idibus Iuniarum
ad urbem Ravennatam congregatio navium cuncta conveniat.
Augeat etas eterno fine gaudentes cum plenissimum sorti-
antur effectum. Sed quia dromonum nimis cumulare stu-
pimus ampliare si qua ligna fabricis eorum cunctia per totum
per Padi ripas potuerint reperiri. nullo obsistente iube-
amus abscidi, quia sine preiudicio dominorum opi tantum prodit. volumus
invecta conduci. Mittat Padus indigenas pellago na-
ves, et que ab eisdem fluentis manu nutrita surrexit
carinarum tumulos superare dictat undarum. Illud etiam ma-
gnopere credimus amputandum, quod vero fieri suggestione
comperimus. Ne quis in fluminibus navigeris diversis ter-
ritorijs meantibus, id est in Mincio, Ollio, Ansere, Anthobeti
audeat flumium alveos pescando studio turpissime sepi co-
ercere, et que sint presumpta protinus auferantur. Habeat
amplius in navium cursus humano desiderio consuetis
artibus delicias querere, non commento crescito libertatem

fluminis impedire. Velut quod dici nephas est utilitati publice voluptas privata obstitisse putatur.

Simile comiti patrimonii

De eodem

Utilitas publica sicut ad conservatorem respicit omnium ita debet per cunctorum labore tractari. Quia magne laudis occasio est si in causa communi aliquid singulariter videris impetrari. Defecit enim vite conciendum a reliquis qui tunc et sibi profuisse cognoscit. Preceptum igitur nos iussisse meminimus ut per domum nostram navigantium querentur artifices quos deo auxiliante promissos ad Ravennatam urbem die idus Januariarum perpetuum intimetis occurrere. ut affectus cordis ad constructionem navium oportune videatur offerri. Ne res divise querere sibi videantur aliqua tarditate. Et parum sit solum dixisse nisi contingit eorumque procurare. Si qua etiam per ripas fluminis Padi ligna fabricandis apta dromonibus in pratis regalibus potuerint inveniri artificibus Unde opus a Magnifico viro Abundantio prefecto pretorio deputatis abscidendi sit premissa licentia volumus enim hoc opus a nostris potius inchoare ut nulli gravamen sit iussio que constringit et principantem.

Gudinando Saioni

Committitur ei aliud officium denuo qui bene administravit in priori

Maiora sibi facit credi quisquis efficitur in iniuncta perfectus quia indubitanter illi aliquid committitur qui optime comprobatur. Et honestum suffragium est sentire iudicium. Atque ideo ordinatione magnificorum virorum Abundantii prefecti pretorio atque Wilie comitis patrimonii ad illam provinciam te iubemus excurrere. ut tam de domo regia quam in locis aliis habitantes. secundum sacra precepta promissos nautas ad urbem Ravennatam die idus Januarii deo auxiliante festinare compellas. Quatenus nulla tarditas tam preclaris iussionibus afferatur. Cave igitur ne te venalitas maculet aut neglectus turpis involvat. Et tante magnitudinis rei super te ruentis pondere comprimaris. si tantis rebus impar extiteris.

Wiliaeo Saioni

Pro inquirendis lignis ad naves fabricandas et ut sepes piscatorie in fluminibus navigia impedientes destruantur

Per extremam Padi ripam reperiri ligna comperimus fabri-
candis apta dromonibus. Ideo eas tibi presenti iussione
delegamus, ut secundum ordinationem magnifici viri patricii
Abundantii prefecti pretorio atque illius comitis per-
amorum ad loca designata cum artificibus contendant arti-
fices et sive in domo regia sive in privata reperta fue-
rint, sine tarditate aliqua facias procurari. Una illi
gravis credimus pro se incommodum quod pro communi utilitate auxiliante
domino comparatur. Sed ita volumus te iniuncta peragere, ut sine ad le-
dendum possessore studiose videatur inquiri, sed tantum utilitati pu-
blice causa que sunt necessaria perfruantur. Ne exquiratur aliquid
a domino, quod precia publice non dicatur acceptum, ligna silve-
stria iubemus cedi. Nam aliquid de alienis facultatibus violenter
abstrahi talia nobis prosunt, qualia nos firmare non possent. Que
si causa prius non exquireret, illa se crederent non habere. In Mincio Ol-
lio Ansere Tiberi et Arno fluminibus comperimus quosdam sepibus
cursum fluminis qui tamen ad navigandi studium pertinet impedisse.
Quod te volumus ordinatione viri illustris prefati Abundantii p-
refecti pretorio modis omnibus amputare, ut nec tale aliquid per
invitas quenquam ultra presumere, sed inviolati alvei tractus na-
vium relinquatur excursibus. Statimque eum retibus non sepibus esse
capiendos. Nam hinc quoque detestabilis aviditas probatur, ut sibi
tantum festinet includere quod ad multos poterat provenire.

Cypriano comiti sublimi

Constituit eum iudicem curie exoptando et iustitie

Si te thirone iustitia nostra delegisset, si ad examinis tui-
tirocinia venisses, integritatis monendum estimaremus
qualitate prudentia qua rectore tractares. Sed omnibus
credentis intelligentia habere virtutum, quia exerciti meruis-
ti militiam beatam. Estimas enim quia te modestia ab hominis optime,
qui aliena iussus es vota negotiis peregisse. Nam si te iudicis
suspectio severa tetigisset, laudando iusticiam leni ac penetrabi-
li remedio eius animam corrigebas optinendo suam persuasione
quod superiori non potuisses imponere. Scimus ergo dubitat

illa te diligere que constat voce publica te servasse. professa
admixtione coaguli in callosam ceperit teneritudinem
consolidari ad pulcherrimum orbem forma perducitur Tunc
subterraneis horreis aliquantulum congregata diuturnam
casei esse facit substantiam Hoc quotiens suppositum navi-
giis consonabis et desideriis regantibus parvo satisfecisse
minime videaris Omnium quoque quos laudare cupiens pala- palaciam
ciam nominavit antiquitas vos ipsum asserunt ex gratam
suavitate perquirere Nam licet inter vina Bruttia videa-
tur extremum factum tamen est pene qualis opinione precipuum
ubi eum reperitur et Garetino par et Sabino simile et ma-
gnis odoribus singulare Sed quia illud sibi fama nobi-
lissima vendicavit hoc ei in suo genere nimis elegans
perquiratur Nec prudentia maiorum aliquid appellasse dici-
catur

inprimis est enim suavi pinguedine mollit crassitudine vinacitate firmissimus natura redolentius. candore quoque perspicuus
Quod ita redolet ore ructatum ut merito illi a palma nomen
videatur impositum viscera defecta constringit. vulnera
madida desiccat lassum reficit pectus Et quod prevalet im-
plere potius arte compositus hic naturaliter prestat infectum
Sed providete ut supradicta species exactas debeas destinare cera
falli nos possimus qui hoc patriotica veritate retinemus ad presens
enim de cellariis nostris que desiderabantur obtinuimus
Tamen ante tuo periculo dissimilia feres quorum iam indicia tene-
ri posse cognoscitis

Dictum imperatoris

Regi contineri debet omni largitas impensa do-
minorum quanto necesse est munificentiam proficere
quod illos impulsu divinitatis probatur fuit effe-
cisse. putas siquidem principum totum custodit imperium
dum illis constitutio digna redditur incolumia reipublice membra
servantur. Audivimus siquidem imperiali constituta per Bruttios
et Lucaniam sacrosanctas ecclesias aliqua munera devotione meruerunt
Sed ut est sacrilegis mentibus similare. et in ipsa quasi
reverentia divina peccare nonnullas eiusdem partem muneratorum
nomine canonicarum subtrahebant facientes religiosum commodum
substantia clericorum. quod sedis nostre innumeram execratione
detestabili respuentes iniquiam sibi illatam fuisse suggerunt. quod
de tali scelere manus impie noxie firmaverint Quid
debuit audacia nunc humana tentabis. si et ibi furta
porrigis ubi te latere nunc posse cognoscis vel illud ab ocu-
lis fortasse mortalibus eximis iniqua tamen aliqua
videtur esse presumpcio Exulata vero veritate dampnatus est
qui se estimet perpetrare quod divinitas non possit ad-
vertere Sed ne similis ultius grassetur forte presumpcio aut
divinam pacientiam frequens provocare possit excessus edi-
tali programmate definimus. ut qui in hac fuit actus
fraude convictus et iniusta careat. et compendium proprie fa-
cultatis amittat Graviore siquidem pena plectendus est qui
usque ad iniuriam divinam sua inclinari contendit audaciam
Habeant pauperes dona regnantium possideant aliquid
quibus nulla facultas est Cur aliena substantia in regali
posita largitate pervaditur. possessio enim principis munus
quemadmodum presumat subiectus contingere quod deo re-
spicit humilitate dominantis offerre Creditur quod talibus

non dare. tulisse est Et enim quando quis potest esurientibus sub-
venire. si non pascit extinguit. perdat illis tollere quibus iube-
mus offerre. ultra omnes crudelitates est dentem velle fieri
et de exiguitate mendici augmentum honesta lucra. horreatur
damnosa compendia Nullus audeat inde tollere unde possit
collecta dispergere addendo perdit qui retinendo collegerit
et paupertatem potius ad se trahit si egentium penurias
non repellit

Anastasio Cancellario Lucanie et Bruttanie

Regienses cives ultimi Bruttiorum quos a Sicilie cor-
pore violenti quondam maris impetus segregavit
unde civitas nomen eorum accepit divisio enim re-
gione Greca lingua vocitatur. magna suggesse-
runt se coactorum presumptione fatigari implorantes non amari sed
dulciorum nostrorum vota remedia qui possumus scire territorium eorum
quod petitur non habere. Est enim montanis capillis terra rarissima
arida pastui sed vinosa vindemiis segetibus adversa. sed olivis
accommoda. Et ideo cultura cuius omnis in surculis est. quia superficies
ipsius sicca nutrire non valet sitientem mansuetam tempore. Illic
ager nudus industria potius quam natura vestitur viridi palla-
de silve viriditate contegitur. qui in solo aridissimum comproba-
Talibus enim locis illa prositurum quem nitidibus proterris
ad humi penetrale descendunt. Segetes rigent et ornant et
condicione mutata seges est que hoc aristis impendit quod
oleribus exhibetur. quanta seges est que manu colitur. vix
illic area venit humoris gravatur agricola ut non massas in
horreis sed vix possit aliquos cophinos de sinu uberta com-
plere. In ortis autem rusticorum agmen habet operosum quia illic
olus omne saporum est maxima irrigatione defessum. Quod
humana industria consuevit fieri hoc ibi nutritorem accepit
Contra maximis sinum cuiusdam. Illic fabe dulcissime sunt
que pruine filiis tortuosis callosa teneritate conglobantur
unde in morem cocti aliquid strepitum frangitur. Sunt a fecun-
do tempore segregatur hiis victualibus si vis nosse regio
illa fecunda est. Nam et maximis deliciis copiosa iocundi-
tate perfruitur. Illa ibi querere singula ab inferiori inser-
tibus frontibus admirandas delicias utriusque pellagi in una
congregatione sinus sui nobilitate producit. Interesse enim est
illic et pisces operare ubi constat et undam posse desinere
Horriston quem dicunt pisces regium genus tempore innocentis
corpore cum colore. distans naribus fructuosis celositer delica-
tudine mediata oleoso ac suavi liquore coagulatum

appetibilis gravitas ex profundo tamen spumis fluctuantibus inter
aeris confinia cepit enatare ad tabulata redire que deserit. Nec-
dum aut inmemor redicionis aut teneritudine nimia mollitus
nequit undis elevantibus contraria obluctatione demergere
fertur velud corporis exanime, nullis usibus periculum nulla
arte devitans. et sicut viribus destitutus redire non creditur
Nam nec fugere posse sentitur. Hinc comprobante tante dul-
cedinis esse dinoscitur. ut et nemo presentium temperetur. Hec sunt
in littore Regino que diximus quod non alio referente cogno-
vimus et sic visuali probacione retinemus. Quapropter lardi-
atque tritici species nullis temporibus coemptionis nomine iure decer-
nimus postulari. Nam nimis calumniose petatur quod lo-
ci habitus non habetur. Deinde sufficere debet defensio verita-
tis et ~~defensio~~ testimonium iudicis. Nam nimis execrabile
est signalium si tamen aliud sicut conscientia aliud lingwa decernat
Creditor etiam tantis commeantium fatigatur adventibus. Tanta
excurrentium laceratione deterritur et rationabiliter illi venit
ti debuisset vel quod apud ipsos nasci posse constaret.

Maximo Cancellario Lucanie

Scillatenum prima urbium Brutiorum quam Troie destru-
ctor Ulixes legitur condidisse. Racionabiliter dicat
presumencium iniquitate vexari quam nobis presidenti-
bus non oportuisset affligi. Nam lesionis eius
cognovimus plus dolere quod patriotica nos probant affec-
tione contingere. Civitas supra sinum adriaticum constituta in
modum botrionis pendet in collibus non difficili ascensione
congestis, sed ut voluptuose campos virentes et cerula
maris terga respiciat. Hec nascentem solem ab ipsis cuna-
bulis intuetur, ubi ventura dies non premittit auroram. sed
mox ut oriri cepit lampadem suam vibrans fulgor ostendit
Gaudentem respicit Phebum illic propria luminis claritate re-
fulget. ut ipsa magis solis putetur esse patria Rhodi opi-
nione superata. Fruitur luce perspicua. aeris quoque temperatione
donata apricas yemes refrigeratas sentit estates. Et sine
aliquo merore transigitur ubi infesta tempora non timentur.
Hinc et homo sensu liberior est quia temperies cuncta
moderatur. Patria siquidem fervens leves efficit et acutos
frigida tardos et subdoles. Sola temperata est que mores
hominum sua qualitate componit. Hinc est quod antiqui Athenienses
sedem sapientium esse dixerunt. Que aeris puritate predita

lucidissimos sensus ad contemplativam partem felici largitate pre
paravit. Nutritur enim. tale est corpori aquas cenosas sorbere, quale
perspicuitatem dulcissimi fontis haurire. Sic anime vigor oneratus
dum spiritu graviore comprimitur. Subiacemus enim necessario ta
libus rebus, quando nubilo tristes efficimur. Et iterum naturaliter
ad serena gaudemus, quia celestis anime substantia a domino infecta
quoque et purissima letatur. Efficitur maximis quoque copiosa
deliciosa dum possidet vicina que nos fecimus claustra neptunia
Ad pedem siquidem Moscii montis saxorum visceribus excavatis
fluenta Nerei gurgitis decenter immisimus. Ubi agmine piscium
sub libera captivitate ludentium et delectatione reficit animos
et admiratione mulcet obtutus. Currunt avidi ad manus hominum
et antequam cibi fiant escam expetunt. Pascit homo delicias
suas et dum habet in potestate quod capiat, frequenter evenit
ut repletus omnia derelinquat. Spectaculum quoque pulchre labo
rantium non admittitur in civitate sedentibus. Cernunt effectum
copiose vindemie, arearum pinguis tritura conspicitur, olivarum
quoque virentium vultus aperitur. Nullus cogit aliquem agrorum amen
itate cum datum est de urbe cuncta conspicere. Hoc quia modo non
habet muros civitatem credis ruralem, villam iudicare possis
urbanam et inter utrumque posita copiosa noscitur laude ditata. Hanc
dum frequenter commeantes desiderant transeuntes, ut tedia laborum
refugere cupiunt amenitate civitatis in paraveredorum et annonarum
prebitione provinciales fatigant expensis. Cui nunc providere ne ledat
amenitas sua aut contra proprium fiat causa dispendii. Paraveredorum
vero et annonarum prebitione secundum evectiones concessas in
assem publicum constituimus imputari. Pullicatica quoque indictio
funditus amputatur. Verum tamen etiam iterum possessoribus annonas
preberi secundum cetera constituta decrevimus suis expensis fectas
largitate muneribus. Legis etiam administres remedio non querere
esse voluerint, ardore equitatis intuitu civitatem ipsam re
levare mandatorum est, quod tibi refecimus non remissio. Divino in
iuvante deo iustitia fecundi et securitatis gaudio singulari abun
dant insulas. Ego habitationes tuas appellem potius fortunatas.

Commentario de ... fisti solutione

Tempus admonet humanis rebus necessariam attonitum
dum res etiam asperas captata semper opinione contuli
at. ut illatorum fiscalium titulo annua festivitate reparemus.
Quanto republice ordo tali consiste instituto et inde consolari
sistere creditur. quod pro auctorum utilitate prestat diligentia
sicut ista unde respublica creditur esse firmissima que
dum redempte census restituitur status firmissimo robore con
tinetur. Quapropter magna est quolibet tempore monstrata

devotio. Sed tunc acceptior redditur quando necessaria plus ha-
betur. Exhibeant igitur possessores stipendia sue gratie profutu-
ra debitum siquidem quod iure non potest evitari prompta semper debet
offerri mente ut fiat beneficium quod sine compulsione constat
illatum. Atque ideo quod feliciter dictum sit per indictionem primam
in diocesi tua possessores te papinus admone ut tua illa-
tione sericata assem tributorum devotus exsolvat. quatinus nec
aliquis se sub immatura compulsione ingemiscat exactio ut
utrumque remissione letante quisquam dicat se esse preteritum. Nullus
qualitate iuste ponderationis excedat. Sit quoque libra iustissima.
modus itaque erit rapiendi si pondera phas sit excedere. Com-
pensandum quoque fidelem notarium per quaternos menses. Nam
ad scrinia curam solempniter destinabitis ut totius erroris ob-
scuritate detersa rationibus publicis veritas elucescat. Et
quo facilius possis deo iuvante que sunt constituta comple-
re illud atque illud scias nec cum libris tibi officio quod tuo priorum
suorum memores papinus diminuere curat. quod iussio
agnoscit inculpabiliter sortiatur effectum. Cave ergo ne te
aut improbe redemptionis aut torpentis desidie culpa re-
spiciat. Et quod expedire neglexit tuus inferat damna fortunis

Iohanni siliquatorio Ravennatis

Munitio civitatis spes est tota cunctorum quando in pa-
ce ab externis gentibus disponitur quod veraciter in cer-
tamine timeatur. Plena est enim diversis generibus
hominum habitatio urbium singularium. quis novit cum qua
gente confligat. Ideo quod cives debent agnoscere. quod futuris
hostibus gratum non sit audire. Quapropter ex nostra iussione
possessores admone curabis ut iuxta montem in capraria
et loca circumducta muris fenicarum ingentia ora pandant
talis quod tibi relinquat introitus. Cur nephandi hominis per
structuram accessus illicitos quibus portarum permittitur licenter
ingressus. Nescio quid occultum tenere qui palam non desiderat
intrare. Conscientia recta vias publicas tenet. obviorum pollu-
tione gratulantur et cum diversos gratanter inquirit laboris tedio
non gravatur. Armatus est aut criminis velle nescire et qui
vias suas occulit consiliis prodit. Promoveant in usus communes
itinera prisca revocentur ne dum compendium laboris querunt
vite dispendia patiantur. Ille enim iure habendus est hostibus
qui monimenta nititur violare civitatis

Constantino viro expeditissimo

Regius apparatus sicut negligentibus affert peri
culum sic strenue laborantibus prestat ornatum Ita
primum est vite domino iubente servire. cum nec cul
pa celari nec bonum possit abscondi Quoniam
gratum est sine offensione aliqua iter agere destinatum videtur
indicia diligentie dubia sine timore transire, gressu equali nec
tremuli ascendere in pontibus cum trabium mobilitate non treme
viam quia sic conspicerent omnia probentur animo convenisse
cum civilium transire possitis si verum domino placere possitis Nam
cum vos parere contendimus magnus provectus est, si merea
mini quando eius placidos venire conspectus Ideo ita iter
fluminis rivis saltantibus gravatum hiantibus rippas latissima
pontium interiectione coniungente oppressos margines platearum
asperrimis silvis emundare paraverunt ut astriptis nostris pro
curetur cum electa qualitate membrorum annonarum designatarum
copia sine aliquo possessorum dispendio congregetur Ita
sit omnia grata redditus sine nulla parte peccatis Res una
subtracta cum ita deformat et totum deesse creditur ubi vel minima
querela asperitas commovet Species preterea que mensis regiis
apparantur exactas tota sedulitate perquirite Illa quidem prae erit
exercitum satisfacere si nos contigerit in ipsa commorari possessione
spectare parat provinciales admoniti et civitates singule de
clarata brevibus subministrent Nam quotiens leto principio oc
currimus efficacie beneficia postulant Cogitate etiam quod prius fecit
creditum iudicio aut gratias nobis dominum gaudens aut commotione
principis iratus attribuo Agite ergo ne cunctis imperitetur
vester processus Ita cunctis de nobis satisfacto quod cul
pis vestris offendere prosolvat Nichil potius gratiarum omnibus
exercitus Magna nobis erit gloria et me securum redde et tan
torum bona indicia incurrisse

Maximo vicario urbis Rome

Habundantia quidem regium ex ipsa potestatis cognoscitur frequentia
commeantium Ita necesse est et res magna co
petentia permittat semper indicia Venturum diem
lucifer demonstrat exortus Serena scitura favens ventus
indicit imminentia bona. quarum animi propagatione demonstramus

Et difficile magna res geritur que signorum precursione minime declaratur. Verumtamen et nos necessario commonemus ut portus invencione tiberinos fluctus solemniter necessitatis gratia cursum prebeat centremulum ferri concatenacione marinum navium et de suo situ celerem nobis prestet excursum. Non commoveatur pigris funibus ut solebat manibus trahentium moles tanta torpescat. celeritate potius sua conferat quam se movens antea non prebeat. Ambulant convicantium greges provecto non navigiis concisa nos unda deportet. Decet dominum suscipi ut aliqua debet novitate gratulari. Thabularum fortiter iunctura soliditate debet prebere necessaria ut pavore undas dubitantium tecta similitudine possit optetur animo largior fuisse discessitur innotue cancellorum tamen tu dextra leva que decent aptetur prosper datur discessus cum fuit asper casus exclusus. Vide quemadmodum reliqua ad te pertinentia prepares qui te occursurum esse cognoscis. Quale est enim in tanta frequencia non potuisse culpari. Omnes pos affligit qui regi aliud necessarium subtrahit. Cuncta dum letus optatur ab omnibus cunctos contristat si probetur offensus. Vide quod sic spectandum est sub tanta signatorum occursione laudari principem sic suscipere ut omnes intelligant vel decesse. Ante ipsum quoque dominum venire letum qua aliqua trepidacione consilium insperatum bonum est. si is ad quem recepcionis pertinet periculum sibi gracie prinet augmentum inquam vero illum sedis iure militem nos dixisse cognosce. Cui tibi officio quo tuo debeat imminere. Erunt nobis omnia parata remuneret qui committi non potest quod uno periculo constat ascribi

Thomato et Petro viris clarissimis

Retinetis mei viri fidelissimi sanctum agapitum urbis Rome papam cum ad orientis principem legationis gratia mitteretur iussione regia datis pignoribus a nobis tot libras auri facto pittacio solemniter accepisse ut cui providus donator insistit quod subitam eius etiam urgeret excessi. Primum quidem benignius prestatur qui in necessitate mutuas pecunias reddidit. Sed quanto gloriosius fecit etiam illum largiri quod

cum gratiarum actione potuisset offerri soluta est sine damno
necessitas. manus pape dabat quod eius substantia non
habebat. Et illud iterum est videmus redditum quod
donis constat expletum. Quale ergo videbatur antistitem
petentibus profundere et calicem nulla detruncata distributor
potius fuit quam donator. Quia credere est illi applicari
de cuius facultatibus videatur expendi. Quod quamvis non
agat apud pium principem talis legatus quia destinata singu
lari constat exemplo. Quapropter cura preceptione commoniti
et regia iussione securi sanctorum vasa cum oblatione cyro
graphi auctoritatibus Sancti Petri apostoli sine aliqua
dilatione refundite ut lucrose reddita celeriter impe
trare videantur optata. Referantur manibus levitarum
ministeria toto orbe narranda donetur. Quod prius
fuit quando iuste per largitatem respicit quod sacerdos le
gibus obligavit. Usurpatum est exemplum quod in historia
nostra magna intentione retulimus. Nam cum Rex Atta
laricus urbis Rome depredatione satiatus apostoli Petri va
sa suis deferentibus excepisset mox ut rei causam
habita interrogatione cognovit sacris liminibus deportari
diripientium manibus imperavit ut cupiditas que depre
dationis ambitu admiserat scelus devotione largissima
deleret excessum. Sed quid mirum si reverenda sanctorum
diripere noluit qui tanta se urbis vastatione ditavit.
Rex autem vester religioso proposito reddidit vasa que iure
pignoris propria videbantur effecta. Et ideo talibus factis
frequens prestetur donum quando leta concedi posse credimus
cum retributionem bonis actibus postulavimus.

Scribe Ravennatis

Scribarum officium securitas solet esse cunctorum
quando ius omnium eius sollicitudine custodit.
Alios enim depopulantur incendia alios invadit
surrepcio furtiva nonnullis negligentia perit quod diligens
auctor acquirit, sed fide publica robustissime reparatur.
Quicquid a privatis amittitur diligentior est in alie
nis quam potest esse in cura de ipsis. Non admonitus facit
quod vix rogatus impleret et requisitus non potest negare

quis tuus interest se fatetur amisisse Armarium ipsius
fortuna amicorum est et tuto refugium omnium dicitur ubi
universorum securitas invenitur Ad patria crescit officia si
incorrupte sit veritas custodita Nam sicut diligens ge-
nitor servat quod certius successor inveniat Sic arbiter
artium nullum patitur propria utilitate fraudari Et ideo tan-
te rei te iugiter cupimus esse custodem ut qui hactenus
integritate placuisti nulla debeas varietate fuscari
Vide quod tibi committitur antiqua fides et quottidiana dili-
gentia divinis insignitum litteris apud cunctos populis te-
tua cura litigatur Et superius iudicatis qui causarum om-
cula discutis Hoc honorabile testimonium vox antiqua
fides cartarum Cum sine additis incorrupta processerit.
cognitores reverenter excipiunt litigantes quamvis improbi co-
acti tamen obediunt Et tu probas sit promulgatam sinam
suspectus tibi non licet obviare Quo circa non habeat venale
depositum tinea documentorum est obligatio maligna redime-
tis dum querunt consumere quod se cognoverunt impedie
pascat te custode decora veritatis tua facultas habeatur
integritas Da potentibus te olim facta sunt translator esto
non conditor antiquorum gestorum exemplar velud annulum
teris imprime Ut sicut sculpta expressa non possunt signa ve-
fugere Ita et manus tua ab autentico nequeat discrepare
Quod aliquis si te unquam surrepto tradiderit quemadmo-
dum in alia causa acquiescat credi que scit potuisse cor-
rumpi impugnat te fraude sua et facile convincit quem
in una parte decepit Ama iusticiam de qua nemo
queritur ut etiam iratus testimonium salubre possit di-
cere qui te vitassim voluit deviare Publicum est
omne quod feceris dum aut laudatis eorum aut accusatis
invenire possis offensam

De Provincialibus hystrie

Expense publice diversa temporum varietate titu-
bantes hac ratione se potuerint continere
Si provectum locorum sequitur salubritas missio-
nis Illic enim facilis est procuratio ubi fuit
fructus uberior Nam si indicatur quod sterilitas vicin-
na denegavit tunc et provincia leditur et effectus optabilis

nõ habetur Comeantum igitur attestatione didicimus histriam
provinciam maturis egregijs fructibus sub laude nominatam
divino munere gravidam vini olei vel tritici presenti anno
fecunditate gratulari Et ideo memoratas species in tot solidos
date pro tributaria functione qui nobis de presenti prima indi-
ctione reputentur Reliqua vero per solemnes expensas re-
linquimus devote provincie Sed quoniam nobis in maxi-
sima sunt quelibet que diximus tot solidos etiam de archa
nostra transmisimus ut res necessarie sine vestro dispendio
ubertime debeant congregari Frequenter enim dum extra-
neis urgemur vendere soletis damna sentire. eo presertim
tempore cum nobis peregrinus emptor exceptus est Et
rarum est aurum carpere quando mercatores cognoscit
non adesse Quando vos melius est parere dominis
quam petere longinquis et debita fructibus solvere quam
emerentium fastidia sustinere Prodimus etiam amare iusti-
tie quoddam nobis suggerere potest estima in precio
ledere non debeamus Unde nauclerio prebitionibus non gra-
vamur Est enim provincia nobis regio supra sinum maris
Ionii constituta olivis referta segetibus ornata vitibus
copiosa Ubi quasi tribus uberibus egregia ubertate
largita omnis fructus optabili fecunditate profluxit Que
non immerito dicitur Ravenne Campanie urbis Regie
cella penaria voluptuosa nimis et deliciosa digres-
sio fruitur in Septentrione progressa celi admiran-
da temperie habet et quasdam non absurde dixerim
Baias suas ubi undosum mare terrenas concavitates
ingrediens in faciem decoram stagni equalitate depon-
tur Hec loca et garismatia plura nutriunt et piscium
ubertate gloriantur Diximus ibi non unum est amose co-
cupiscuntur piscine neptunie Dantibus et cessante indu-
stria passim ostrea nascuntur immissa Sic nec studium
in nutriendis nec dubietas in capiendis probatur esse
delicijs Pretoria longe late que lucentia in margaritarum
speciem putas esse disposita Ut hinc appareat qualia
fuerunt illius provincie maiorum iudicia quam tantis
fabricis constat ornatam Additur etiam illi litori ordo
pulcerrimus insularum. que amabili utilitate dispositis
et a periculis vindicat naves. et ditat magna ubertate

cultores recipit plane comitatenses excubias. Italie ornat
imperium privatas delicias mediocres vitalium pascit expen-
sis. Et quod illic nascitur pene totum in urbe regia pos-
sidetur. Prestet nunc copias suas sponte magis devota pro-
vintia magis amplius pareat dum speratur quando gra-
tissime faciebat dum minime quereretur. Sed ne aliqua
iussionibus nostris dubietas nasceretur Laurentium virum
experientissimum et magnis nobis iure publico laboribus
comprobatum cum presenti auctoritate direximus qui secundum
breves subter annexos incunctanter expediat. Quod si
expensis publicas inlicitum esse cognoscit nunc procurate
que iussa sunt vos enim facitis devotum militem cum li-
benter suscepistis iussionem spetia vero vobis moderata
sequenti iussione declaramus cum vobis exercitis pretium ve-
nalitatis sinodum iussa relatione suggesserit. Traxit enim
aliquid quod non potest iuste nisi copia rei evidenter pote-
rit indagari. Inequalis quippe est arbiter qui sententiam
mittit incassum et male sibi probatur consilius qui
est indeliberata dicturus

Laurentio viro experientissimo

Deliberato iudicis probatos viros debet publicis
actionibus adhibere ut facile possit impleri quod
sterilitate temporis cognoscatur inquiri. In abundan-
tiam rerum quelibet se potest expedire persona electis
opus est militibus cum fuit necessitas impulsus. Atque ideo
experientiam tuam frequentibus nobis quam tali devotione gra-
tissima ad Histriam provintiam iubemus excurrere. Ut
in tot solidos vini olei vel tritici species de tributario soli-
do debeas procurare. In aliis vero tot solidis quos a
nostro archario percepisti. tam a negociatoribus quam
a possessoribus emere maturabis. Sicut te a munera-
riis instruxit porrecta notitia. Qua propter exige nunc
animos ad parendum qui tantis et talibus excubiis
indistrictam forte placuisti. Admonet te prioris commissio-
nis exemplum. Quia nimis grave est emeritum dere-
linquere. quem tironem nullatenus constat errasse.

Qualis aut supradictaru specieru ubertas se optata leta
uerit veraci nobis qd de te credimus relatione significa
vt nos habito modo constituere debeamus quod nec pro
vinciales ledat nec publica grauare possit expensis

Tributums maritimarum

Data pridem iussione censuimus vt Histria vini et
olei spes quaru psnti anno copia indulta perfruit
ad Rauennatam feliciter dirigeret mansionem
Sed vos qui numerosa nauigia in eius confinio
possidetis pari deuotionis gratia prouidete vt quod illa est
parata tradere vos studeatis sub celeritate portare similis
erit quippe vtrisqz gra pfectionis quando vnu ex his disso
ciatu implere non permittat effectum Estote ergo prompti
ssimi ad vicina qui sepe spatia transmittitis infinita p
hospitia quodam modo vestra discurrit qui per patria na
uigatis accedit etia comodis vestris quod vobis aliud it
aperitur ppetua securitate tranquillu Nā cu ventis seuientibꝫ
mare fuerit clausum via vobis panditur per amenissia
fluuioru Carine vestre flatus asperos no pauescunt tram
cu suma felicitate contingunt et perire nesciunt que freque
ter impingunt putantur eminus quasi per prata ferri cum
eorum contingerit alueu no videri Tracte funibus am
bulant que stare rudentibus consueuerunt et conditione
mutata pedibus iuuant homines naues suas vectrices sine
labore trahunt et pro pauore velorū vtuntur passu prosperio
re nautaru Iuuat referre quemadmodum habitationes ve
stras sitas esse perspeximus Venetie predicabiles quondam plene
nobilibus ab austro Rauennam padum qz contingunt
ab oriente iocunditate Ionii littoris pfruuntur vbi alter
estus egrediens modo claudit modo aperit faciem reciproca
inundatione camporu Hic vobis aquatiliu auiu more do
mus est Nam qui nunc terrestris modo cernitur insula
ris vt illic magis estimes esse Ciclades vbi subito lo
corum facies respicis immutatas Earu quippe similitudie
per equora longe patentia domalia videantur sparsa que
vero natura protulit sed homi cura fundauit viminibꝫ
flexibilibus enī irrigatis terena illic soliditas aggregatur
et marino fluctui tam fragilis munitio no dubitat
opponi s. quando vadosum littus moles eicere nescit
vndarum Et sine viribus fertur quod altitudinis

auxilio non iuvatur. Habitatoribus ergo una copia est ut
solis piscibus expleatur paupertas ubi cum divitibus sub equa-
litate convivunt communis cibus omnes reficit habitatio similis
cuncta concludit. Nesciunt de penatibus invidere. Et sub
hac mensura degentes evadunt vitium cui mundum
constat esse obnoxium. In salinis autem exercendis tota con-
tentio est pro aratris pro falcibus cilindros volvunt. In-
de vobis fructus omnis enascitur quando in ipsis et
que factis possidetis. Moneta illic quodammodo percutitur
victualis arti vestre omnis fructus addictus est. Potest aurum
aliquis minus querere. Nemo est qui salem non desideret
invenire. Merito quando isti debetur omnis cibus qui
potest esse gratissimus. Proinde naves quas more
animalium vestris parietibus illigatis diligenti cura refi-
cite. Ut cum vos vir experientissimus Laurentius qui
ad procurandas species directus est commonere tentaverit
festinetis excurrere. Quatenus expensas necessarias nulla
difficultate tardetis qui pro qualitate aeris compendium
vobis eligere potestis itineris.

Ambrosio Viro Senatus preposito

Plerumque solliciti fuerint qui mutatas rerum ordines
intuentur. Quia sepe protendunt aliqua
que consuetudini probantur adversa. Nichil
enim sine causa geritur. Nec quando mundus
fortuitis casibus implicatur prodigiis et portentis.
Sed quicquid venire videmus ad terminum divinum con-
stat esse consilium. Suspenduntur homines in admiratione
cum sua leges constituta mutaverint. Si aliter eveniunt
procedant quam eorum usus inoleverat. Rerum autem de
talibus non magna curiositate turbetur si versa vice
consuetudinum a superioribus aliquid videatur mutari ob-
scurum. Nam sicut ita securitas est sidus vitibus tempora
notare currentia. Sic magna curiositate complemur
cum mutari talia sentiuntur. Quale rogo est stellarum
primarium conspicere et eius solita lumina non videre.
Lunam noctis decus cerni orbe suo plenam et naturali

splendore vacuata Cernimus adhuc cuncti quasi venetu
solem miremur media die umbras corpora non habere
et vigorem illum fortissimi caloris usque ad extremi temporis
inertiam pervenisse Quod ved eclipsis momentaneo
defectu sed totius pene anni agi nichilominus constat ex
cursu Qualis ergo timor est diutius sustinere, quod
vel in summa solet velocitate terrere Habuimus
itaque sine procellis yemem sine temperie vernum· sine ar
doribus estatem Unde iam speretur posse venire tem
periem quando menses qui fructus decoquere poterant
borealis flatibus vehementer algebant Quid enim ferti
litatem producant si terra estivis mensibus non calescat
Quid germen aperiat si imbre pluviam non resumat
Duo hec elementis omnibus probantur adversa rigorem
perpetuum et contrariam siccitatem Mutaverunt se tempora
vero mutando Et quod mixtis imbribus solebat effi
ci ex ariditate sola vero non potest optineri Et ideo de ve
teribus frugibus prudentia tua futuram vincat inopiam
Quia tanti fuit anni prioris felix ubertas. ut veteris
mensibus provisa sufficiant Reponatur omne quod ad victum
queritur facile privatus necessaria reperit cum se publicus
apparatus expleverit Sed ne te prodigii tanti magna hesi
tatione distringat ad considerationem revertere naturalium
rerum· et fit ratione clarum quod stupenti vulgo videatur
ambiguum Dum enim constat divina ordinatione dispo
situm ut astra prioris anni in domiciliis suis mutuis
administrationibus convenirent Et supra sollicitudine yemis
sicca redderetur et frigida hinc aer nivibus nimio ri
gore densatus ardore solis in nullam raritatem per
ductus est. sed in assumpta crassitudine perdurans. et ca
loribus eius obstitit. et aspectum humane fragilitatis
elusit Media enim que sunt inanis dominantur obtutibus.
et per ipsa tantum videri possumus quantum nobis sui cor
poris tenuitate concedunt Hoc enim magnum quod in me
dio terram atque elementi more liquidissimum pervagatur
dum contingit esse purum et solis qualitate respersum
nostros veraciter pandit aspectus Si vero fuerit

aliqua permixtione congregatum · fuit tenso quasi quodam
rigore · nec colores gradus · nec calores perpetimur facit astro-
rum. Quod etiam aliis seculis aere turbido pro tempore
frequenter efficitur. Hinc est quod diutius rerum sterilitate insoli-
to calore fuscati sunt. Quod novum frigus messor expavit
Quod accessu temporis poma diriguerint quod racemorum
senectus acerba est. Sed si hoc divine providentie tractatur
satagere non debemus. Quando ipsius consilio prodigia que-
rere prohibentur. Illud tamen sine dubio terrenis fructibus
adversarium esse cognoscimus · cui alimoniam consuetam natura-
li lege propria non videmus. Proinde cogat sollicitudo vestra
ne nos sterilitas anni animi turbare videatur. Dum sic
ab illo primo administratore dignitatis vestre provisum est · ut
precedens copia frequentem vicisset inopie penuriam

Paulo Viro Strenuo Senatus Preposito

Frequenter utilitas publica compendiosa pietate
servatur · quando illud magis acquirit · quando
bonorum intercessione remiserit. Venientes itaque cum
venerabilis Augustinus vita clarus et nomine
venetum nobis necessitates flebili allegatione declaraverunt
nec vini nec tritici nec panici spes apud ipsos fuisse prestatas
asserentes ad tantam penuriam provincialium pervenisse
fortunas ut vite pabula sustinere non possint nisi eis
pietas regalis solita humanitate prospexerit. Quod
nobis credibile visum est aliquid a petentibus postulare
et illud sperare quod provincia cognoscit indigere. Talibus
enim preces lacrimas exigit cum quod non invenit impo-
nit. Et ideo tanti viri allegatione permoti vinum et tri-
ticum quod nos in apparatu exercitus ex Concordiense
Aquiliense et Foroiuliense colligere civitatibus fecerimus
pietatis auctoritate remittimus taxatos tamen sit brevis no-
bis datus continet exinde provideatur. Hinc enim eis
necesse fuit sufficienter tritici speciem destinamus. Et quoniam
in Histria vini abundantia natum esse comperimus. Exinde quan-
tum de supradictis civitatibus superatum est postulare sicut
in foro rerum venalium reperitur. Quatinus nec ipsi ledi

possint cui eis iusta pacta seruantur. Quapropter presentem indul-
gentiam nulla gratiae venalitate turbandam, ut cui fuerit
concessum gratuitum possit perfecte in longinquo gloriam. Noverit enim
grauiter vos subiacere posse vindicte si quod interdictum est
dari a nobis conatur acceptum

Dacio viro episcopo Me

Nimis prodest bonum opus si hoc per viros
sanctissimos velimus efficere augescit enim bonorum
voluntas secreta instruendo, ut quicquid sine fraude
geritur, hoc vere donantis tunc applicatur. De-
cet enim ut congruam stipendia principalem sacerdotalis puri-
tas exequatur. Nam cui est studium bonum de proprio lau-
dabiliter facere pro aliena etiam complere. Et ideo sancti-
tatem vestram optimus tamen propositi est divinis inseruire
mandatis, ut de horreis thilonensibus et Tarnonensibus
panis speciem sicut a principe iussum est etiam partem
esurienti populo ad viginti quinque modios solidorum distrahi
sub vestra ordinatione faciat. Nam tunc sine venalitate
ad alios perveniat, qui se de proprio videntur posse sus-
fige accipiat. Quisquis habens indulgentiam principalem
egentibus visum est non divitibus subvenire effundit
potius quam mittit in plenum. Nam illud potius reco-
ditur quod vasis vacuis congregatur. Quapropter sancti-
tas vestra miserationis officia non pertinet in immensum, quia
totum nobis dignum est ubi pietas invenitur. Siquidem ali-
ena desideria fideliter gerere. hic est bona parva praestitisse
ad quam rem deo iuvante procurandam illud atque illud
presbyteros destinare. Qui sanctitati vestre ordinatione
in omnibus obsecrati sine esse faciant. sed continuo nobis
obedire contendant. Soliti vero quanti ex supradicta quanti-
tate panis potuerint congregari. certo nobis relatione
declarate, ut apud archivum reconditi ad supramemora-
tam speciem reparandam futuris reservantur deo auxiliante
temporibus more vestro restituere. Quomodo ordinatio vestra
sola resolvit, ut in mensam facies splendidius potius rogetur

Edictum

Ovis destinat providentia divina pastoribus unde
aliqua velle subducere. ut vincere possit anim

comprobare. Nam si nullius penitus indigere contiget. locum
pro inde largitas non haberet. Data est provincijs in regis
nostri laude penuria steriles facti sunt agri ut liberitas
domini possit agnosci. Minus esse acceptissimum donum. ubi
precessisset incomodum. Gaudete provincie malis quam
vestris potius referte, quando talem probat animum
principis. ut nullus cedat adversis. En pietas admirabilis
que ubique nostris compugnat incomodis. Nam si se fe-
ritas gentilis prioris temporis animasset per civilia et
liguria nostra sicut vos vetimur necesse est Bur-
gundionum incursione quateretur. gereret que bellum de vi-
civitate furtivum subito tamquam sol ortus fama principis crimen
expugnant se hostis sua presumptione congemuit. quando
illum cognovit normate gentis esse rectorem. quem sub
simulatis nomine probaverat singularem quotiens se optavit
de suis finibus non exire Burgundione principe nostro
pugnaret adverso. Cuius licet sententiam relevatus evaserat
infelicitate tamen palpitans incurrit Nam mox ut Got-
thi ad bellum studium geminum se fortitudine contulerunt. Ita
prospera concitatione cessa est rebellium manus quasi hinc
invidos hinc timidos scire contigisset armatos divini
equitati iudicij. ut in ipsis campis provisio corrueret quos
vastare presumpsit. Multa adversariorum cadaveribus or-
nata provincia atrocem vidit funerum que victoriam
certo constat effectum. Nunc melius culta liguria cui
negato fructu segetis messis provenit hostilis. Nam
et si tributa tua minus potuerunt accipi triumphos
in te natos feliciter obtulisti. His additur alemoniorum
nuper fugata surrepcio. Que primis conatibus suis sic
probatur oppressa. ut primum adventum suum inxisset et
exitum quasi salutaris fieri exultacionis purgatione Quatenus
et male presumentium vindicaretur excessus et subiectorum
omnio grassaretur integritas. Possem quidem vobis dinume-
re quanta in alijs locis hostium vis cecidit. sed movet humani
animi ad vera felicia festinates illum. Nos tantum dicere
cupitis. quod ad vos spectare pene sentitis. Redeat ergo ad
suavem principum. quem quos defendit a belli clade. ut mo-
dice patitur periculum sustinere. Namque qui perculerit hostem provincie
et famem iussit exire. O tamen toto orbe predicanda co-
tra indigentiam suam gloriosi principis pugnat humanitas

Cum de castra sint horrea referta . que si claudere voluisset
tunc utique intrasset portabilis vincta Sed quia magis apparuit
sapientem adversaria mox fugavit Nescio que principis nostri
bella mirentur potius admirentur Ego tamen dicam quod sentiam
In usu est viris fortibus feliciter egisse pugnas sed huma-
ni virtutem esse constat vicisse penuriam Verumtamen hostem
tantum ac talibus bonis nulla potuissent supplicia vota
sufficere Adhuc et invidia relaxare pepulit fiscalis cal-
culi fimbriam Hic tristes in aliqua parte facerent . quibus
tot felicia prestitisset Joseph legimus contra famis funesta
emendi quidem tritici dedisse licentiam Sed tale posuisse pre-
tium ut sese subiectionis avidus se potius venderet alimonia
mercaturus Quale ergo fuit tunc miseris vivere . quibus a-
cerba inventio libertatem suam videbatur adimere . Ubi non mi-
nus ingemuit liberatus . quam potuit flere captivus Credo
durum sanctum virum tunc necessitate constrictum ut et avaro principi satisfa-
ceret . et periclitanti populo subveniret Parte tanti patris dixerim
quod prestantius est libertate salva frumentum vendere
et per indigentiam tributa laxare Gratis constat ista vena-
litas quando et emptoris cessit et pretium quod nos o-
blectet imposuit Vendidit itaque largitas publica vi-
cenos quinos modios dum possessor invenire non pos-
sit ad denos ordine rerum secula mutavit benignitas nos
vivendum vile distrahere . cum esuriens patria sit carius comparare
Quare predicatos eventum affectu damnorum negotiator
provenit . Notum est vendenti magis perdere . quam questum
comparans valeat invenire Talia profecto regem decet
tractare commercia Talem convenit mundi nationem exercere
pietate et tunc minime acquiescat accipere . quando emptor
plurima cupiat offerre . libet offerre referre qualis in
nobis sit dominantis affectus Prima et primo cessit quantum
sufficere credidit Nunc iterum postulata geminavit Veremur
nobis ut aliquid sperare post dona . cum se adhuc ad bene-
ficia principis reservaret humanitas Non audita describit
quando ipse visa testatus est Effugit illa calamitas que
preces miserantem recepit testem . ut post districtam indictionem
non haberet Gaudete ergo asstricte iam bono ligures
in usu tuo secula venerunt Nam collatos tibi Egypti-
os magna prosperitate vicisti cuius tempora ne-
cessitatis . et libertatis premia non amittis . Primo illa

tempore securus es ab hoste redditus quando et de fa-
mis periculis cognosceris esse liberatus. Adhuc licet te li-
gitur predictum ornat exemplum. Ad hoc tamen est quo feli-
cius superetur. Legitur enim Joseph fratribus suis tan-
tum saccis occulta pretia reddidisse. Quid mirum si na-
tura compellente proximis suis humanior visus est exti-
tisse. Hic autem cunctis large vendidit frumentum debitum
reliquit et plus iste generaliter contulit tributariis.
quam ille solis visus est prestitisse germanis. Breviter
dicantur. Effusa sunt bona sua desunt omnia quae
cum regibus comparantur iura secula sed prophetis.
Sed ne diutius beneficiorum regalium cupidos occupemus
precepta nostra ad eos quorum interest emanasse co-
gnoscite. Ut secundum tenorem iussionis ad vos per-
veniat munificentia principalis

Explicit Cassiodorus epistolarum Cracovie re-
portatus in Collegio pauperum Burse
per Johannem Allexandri de Zassa-
di Et est finitus in vigilia Sancte Ka-
therine Sub anno domini Millesimo
Quadringentesimo Quinquagesimo
Nono :: Pro quo sit benedictus deus
gloriosus in secula seculorum amen ::